III

GRIMALDI (Jacobi)
De Veronica Sudario et
Lancea Christi &c.

Cod. 173.

Ex Libris Antonii Magliabechii 4. nonas Julii 1714.
Catalogus primus nostrae Bibliothecae.

In Catalogo primo nostrae Bibliothecae Cl:
XXXVII. P. 1. Cod. 60. Grimaldi (Jacobi)
Opusculum de Veronicae Sudario &c.
autogr. Saec. XVII.

Grimaldi (Iacobi) Opusculum de Sacrosancto Veronicae Sudario et Lancea D. N. I. C. Cod. in fol. chart. autogr. anni 1620. ut ex Cod. initio et fine, necnon fol. 165. recto adparet. Folia 19. absque numeratione praecedunt, quae indicem chronologicum operis complectuntur, reliqua folia numerata 171. Quae in hoc opere leguntur ad Sudarii et Lanceae historiam omnino spectant, excepta brevi declaratione Monetarum Antiquarum ex Archivo Vaticanae Basilicae quae fol. 166. recto incipit.

Fuit
Iacobi Grimaldi Auctoris et Scriptoris.
Antonii Magliabechii.

V

OPERUM SERIES ALPHABETICA

GRIMALDI (Jacobi) de Veronica Sudario et Lancea Christi. N: unic.

——— Declaratio Monetarum antiquarum. N: unic.

OPVSCVLVM

De Sacrosancto Veronicae Sudario Saluatoris Nostri Iesu Christi, & Lancea, qua Latus eius apertum fuit In Vaticana Basilica maxima veneratione Asseruatis.

Editum & scriptum per Iacobum Grimaldum eius Basilicæ Clericum Beneficiatum.

Romæ Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Vigesimo.

INDEX HVIVS LIBRI DE SACROSANCTO VERONICAE SVDARIO SALVATORIS NRI IESV CHRISTI AC LANCEA QVA LATVS EIVS PATVIT.

Mi=

Anni Xpi		
	Argonem Tartarorum Regem pro Sanctissimo Sudario	43
	Litteræ Nicolai Quarti ad Tuctanam Tartarorum Reginam Christianam	44
	Litteræ eiusdem Nicolai Quarti Pont. max. ad eundem Argonem Tartarorum Regem, qui disposuit suscipere fidem Christi	44
1290	Nicolai Quarti Pont. Max. memoria de Sudario cum elogio	45
1294	Memoria Veronicæ sub Coelestino V. Papa	45
1296	Bonifacius Octavus Pontifex Maximus proprijs manibus ostendit Sudarium in Basilica Sancti Petri Carolo secundo & Jacobo primo Regibus, ac multitudini fidelium Dominica Nuptiarum, decernensque vice nullum generari præiudicium Hospitali Sancti Spiritus occasione solitæ processionis ex instituto Innocentij Tertij	45
	Memoria dictorum Regum benefactorum Basilicæ S. Petri	47
	Item notatu dignum de Imperatore Constantinopolitano, et Carolo primo Rege, eadem die alter primum ferculum, alter secundum summo Pontifici solemniter epulanti detulerunt. Idem postea fecit Carolus secundus & Jacobus Bonifacio VIII. apud Lateranum	47
1300	Joannes Villanus de Veronica ostensa singulis sextis ferijs, & diebus solemnibus anno Jubilei Bonifacij Octavi	48
	Jacobus Stephanescus Cardinalis Sancti Georgij & Canonicus Sancti Petri anno Jubilei 1300 de Veronica	48
	Dantis Aligherij cantio Italica de Veronica	49
1319	Joannis XXij mem.a Sudarij cum elogio	49
	Joannes Papa XXij hymnum composuit Salve Sancta facies &c. cum Indulgentia decem millium dierum	50
1328	Francisci Petrarcæ cantio Italica cum memoria Sudarij	50
1350	Mattheus Villanus narrat Dominicis diebus et festis solemnibus ostendi Veronicam in Basilica Sancti petri, ad quam videndā tanta multitudo anno Jubilei 1350 concurrebat, ut aliquando multi suffocarentur & pedibus tererentur	51
	Clemens sextus per plures litteras mandat Capitulo Sancti petri ostendi Veronicam anō Jubilei 1350 diversis Principibus	52
	Memoria donationis tabulæ chrystallinæ preciosissimæ anno Jubilei 1350 Sanctissimo Su=	

Anni Xpi

Anni Xpi

Anni xpi

1411 — Adventus Joannis XXIIJ. Cossæ, & Ludovici secundi cum ostentione Sudarij — 61

1420 — Nicolai Signorilis mem.a Sudarij cu elogio — 62

1441 — Eugenius Quartus mandat ostendi Veronicam Oratoribus Magni Principis Constantini Imperatoris Aethiopum — 62

Ingressus eorundem in Urbem — 63

1444 — Ostenditur Eugenio Quarto, qui absuerat annis novem — 63

Joannis de Turre cremata Elogiu Veronicæ — 63

Blondi Flavij de Veronica elogium — 64

1450 — Anno Jubilei ostend.r Veronica — 64

De Jubileo Nicolai. V. ex Jannotto Manetto cive Florentino — 64

1451 — Mapheus Veggius memorat Sudarium cum elogio; describit Sacellum Joannis septimi, ac de Friderico Tertio Imperatore qui ascendit Ambonem Sudarij — 66

Idem Veggius de Sudario nobile Elogiu — 66

1462 — Ostend.r Pio 2°. à Petro Barbo Veneto Cardinale S. Marci Archipbro S. Petri — 66

Anni xpi

1470 — Paulus secundus nudis pedibus Sudariu gestat — 67

1475 — Anno Jubilei 1475 [illegible] — 67

1477 — Sixtus Quartus Pontifex Maximus mandat ostendi singulis annis in perpetuum Sudarium Veronicæ feria secunda [illegible] cum [illegible] processioni Sancti Spiritus — 67

1482 — Elogium eiusdem de Sudario — 68

1486 — Ostensio Sudarij [illegible] — 68

1488 — Idem [illegible] — 68

1498 — Idem — 68

1500 — Anno Jubilei 1500 fuit ostensa Veronica singulis diebus Dominicis — 68

1501 — Anno Jubilei absoluto clauditur porta sancta cum ostensione Veronicæ — 68

1506 — Anno 1506 ostenditur Julio 2° in die Resurrectionis Dominicæ — 68

1507 — Transfertur Lancea in Ciborium [illegible] sancti [illegible] — 68

1508 — Anno 1508 leguntur xij cerei albi in perpetuu [illegible] — 68

1514 — Ostenditur Leoni Decimo — 68

Eodem anno mandat ostendi Veronicam Generali & fratribus de observantia [illegible] Fede= ri=

Anni Xpi

1606 Delatio Sanctissimi Sudarij, Lanceæ, & capitis Sancti Andreæ in nouum Templum Sancti Petri — 80

1607 Anno 1607 die 9 Maij dum noui Templi Sancti Petri fundamenta egererentur, in solo [illegible] sub terram in media ecclesiæ naue inuentus est nummus æneus habens decussatas claues in una parte, in altera vero Vultum Sanctum — 81

1611 Donatio magnæ yconis ante Aphidatam fenestram meniani Sanctissimi Sudarij in noua Basilica cum umbella serica, semper per Scipionem Cobellutium Canonicum, nunc Sanctæ Romanæ Ecc.æ Cardinalem Sanctæ Susannæ vulgariter nuncupatum

1612 Anno 1612 in vigilia Sancti Andreæ Apostoli defertur sacrum eius caput ex dextera Sanctissimi Vultus parastata in sinistram proximam pilam in nouo meniano — 81

[illegible] antiquum Ciborium Veronicæ — 81

De capsa argentea in qua sacrum Sudarium asseruatur — 82

De ycone sine penicillo facta, quæ erat subtus Ciborium in ueteri Basilica — 83

Anni Xpi

Theodoricus Gothorum Rex Arianus nauem Sanctissimi Sudarij figulineis tegulis eo nomine impressis multis in locis restituit — 83

Peregrinis dabantur signa plumbea vel stannea cum imaginibus Sanctissimi Sudarij et Apostolorum Petri & Pauli in signum susceptæ peregrinationis — 84

De Sanctissimo Sudario in signis Capitularibus impresso — 88

In Parastata dextera Sanctissimi Sudarij Julius secundus posuit primarium lapidem — 88

1616 Constantiæ Austriacæ Poloniæ Reginæ petitum Sacrosancti Sudarij exemplum mittitur à Sanctissimo D.no Nostro Paulo Quinto Pontifice Maximo — 90

Epistola Sanctissimi D.ni Nostri Pauli Quinti super missione yconis per exemplare à Sanctissimo Sudario, ad Constantiam Poloniæ Reginam — 91

1617 Anno MDCXVII in Archiuio Vaticanæ Basilicæ reponitur unum exemplar sanctissimi Sudarij sub anathematis pœna illud exemplandi sine licentia Summi Pontificis pro tempore — 92

Anni Xp̄i

De Lancea qua Saluatoris Nostri Jesu Christi latus in Cruce apertum fuit ad Innocentium Octauum Pontificem Maximū Byzantio missa, anno Dñi MCCCCXCII.

Ani xii

Laus Deo 1620.

Incipit Opusculum de Sacrosancto Sudario Veronicae in Vaticana Basilica maxima ve= neratione asseruato.

AEternus Deus, æter=
nique Patris filius Je=
sus Christus Dominus
noster, Rex excelsus
filius summi Regis, de
Polorum sublimibus pro=
diens, & ad Mundi hu=
ius infima, ut hominem
quem ad imaginem &
similitudinem suam de
limo terræ formauit, de seruitutis nexibus, in quos
ipsum impegerat maligna suggestio liberaret cle=
menti dignatione descendens, uestem nostræ mor=
talitatis assumpsit, vt proprij aspersione cruoris
incendia perpetui cruciatus extingueret, ac
suos mortis æternæ tenebris obuolutos, uitæ
perennis efficeret possessores. Qui commissæ si=
bi Legationis à Patre in regione peccantium
pijs studijs exercens officium, mundumq;

salutaribus institutis informans, tandem post sanctæ
conuersationis & operationis exempla; post euan=
gelicæ instructionis eloquia; post doctrinæ saluta=
ris effectum, diræ mortis ultro supplicio subijt.
Ad quod cum à nefarijs traheretur satellitibus, fa=
ciem suam sacratissimam quam ab increpantibus
& conspuentibus non auerterat, sanguine ac su=
dore conspersam, linteo sibi à pia femina Veroni=
ca oblato, mirabiliter in eo sanctissimi Vultus sui
imaginem, ut Ecclesiæ suæ sanctæ in pignus fo=
ret preciosissimum, impressam reliquit.

Anno Domini trigesimo quarto Sudarium defertur Romam ex uer=bis Jacobi Philippi Bergomatis, & Ambrosiani Breuiarij.

Hoc sudarium nutu Diuinitatis post Saluatoris No=
stri Passionem, gloriosissimam Resurrectionem, &
in Coelos triumphalem Ascentionem, sequenti anno,
ut Jacobus Philippus Bergomas testatur, qui fuit
xxxiiij. à pijssimo ortu eius ad Vrbem totius Or=
bis dominam, Christianæ Religionis tutissimam
mox arcem futuram à Veronica delatum fuit.
Tiberius namque cum graui & desperato Medi=
corum morbo teneretur, audita fama miraculo=
rum Jesu per Volusianum strenuum uirum è
Jerosolyma pia mulier cum sacrosancto Suda=
rio Romam accersitur. Cæsar diuina imagine
inspecta ex summa Dei benignitate integram
statim sanitatem recepit. Et licet Marianus
Scotus referens uerba Methodij ponat ad
Annum Domini. xxxix. Tiberij xxiij. &
ultimo, non repugnat quin anno Domini
tri=

trigesimo quarto Sudarium fuerit Romam delatum,
uerba Methodij sunt, quod Tiberius eodem anno
uiuendi finem fecit. Insuper Cæsar auditis uirtuti=
bus de Christo uolebat gratiam eius in sua infirmi=
tate experiri; illum nempe ad se accersendo; sed
non attigit Christo iam passo, & narratis de Ve=
ronica eius in Vrbem aduentu, miraculo ex inspe=
ctione Sudarij; de Pilati exilio, subiungit. Non mul=
to post Tiberius mortuus est. Famam miraculorum
Jesu ualde increbuisse statim post obitum eius, ma=
xime credendum est, ob idq. à Cæsare comprobari
uoluisse gratiam Saluatoris in propria ægritudine.
Verba. Non multo post defunctus est intelligi pos=
sunt duo uel tres anni, præsertim cum Tertullia=
nus dicat à Tiberio comminatum fuisse periculum
accusatoribus Christianorum, quod indicat ali=
quod temporis spatium decurrisse. Quare sen=
tentia Jacobi Philippi Bergomatis ueritati satis
consona esse uidetur. Tertullianus antiquissi=
mus scriptor Apostolorum temporibus proximus
hæc inquit in Apologetico cap. V. Tiberius cu=
ius tempore nomen Christianum in sæculum in=
troiuit annunciatum sibi ex Syria Palæstina, quæ
ueritatem illius diuinitatis reuelarat detulit ad Se=
natum cum prærogatiua suffragij sui, Senatus quia
ipse non probauerat respuit: Cæsar in sententia
mansit comminatus periculum accusatoribus
Christianorum. Idem asserit Eusebius lib. 2°. hist.
cap. 2°. & Oecumenius confirmat super Epistolis
Pauli. Otto Frisingensis, qui sub Alexandro Ter=
tio uixit lib. 3. cap. 12. ita scribit. Post Resur=
rectionem ergo & Ascentionem Domini Pilatus
de conuersatione, miraculisq. eius, Passione
quo=

[margin:] uerba Tertulliani de Xpo & Tiberio.

[margin:] Otto Frisingensis de Xpo & Tiberio

quoque ac Resurrectione Tiberio Cæsari scripsit. Quo audito Tiberius colendum eum inter Deos esse decernens ad Senatum retulit. Senatus autem eo quod prius ad eos causa delata non fuisset, edictum Cæsaris recipere recusauit, quinimmo exterminandos ab Vrbe huius nominis sectatores censuit. Ob quam causam Augustus ex mansuetissimo principe factus est sæuissima bestia, plurimosq. Senatorum ac nobilium perdi præcepit. Sicq. factum est ut dum Regem Christum recipere nollent Regem Cæsarem ultorem sustinerent. Nutu tamen Dei factum credit. ne fides Christi ab homine infideli testimonium, & à terreno Principe auctoritatem accipere uideretur. & infra. Tiberius Judæos persecutores Christi in prouincia grauioris cœli relegauit, in Vrbeq. manentes submouit, & perpetua seruitute addixit. Hucusque Otto. Satis probabile esse uidetur, ut Tiberius diuinos honores Christo dicare uoluerit propter sanitatem recuperatam. Mansit Romæ beata mulier Veronica usque ad obitum ex Ambrosiano Breuiario ut infra dicetur, & in Ecclesia sancti petri in pace quieuit, sacrum Sudarium in suprema sui uoluntate sancto Clementi Pontifici Maximo relinquens. Hunc deinde immensum Thesaurum per annos ducentos sexaginta immanissimarum persecutionum temporibus à Summis Pontificibus Deo sic faciente & volente preciosissimũ conseruatum nullus est ambigendi locus, quandoquidem eorundem inclitorum uirorum cura studioq. indeficienti inter tot sæuissimorum Principum procellas seruata sunt nobis Euangelia lignum Crucis, gesta martyrum, Reliquiæ Sanctorum & alia huiusmodi. Pace Ecclesiæ reddita in

in Vaticana Basilica ad æternam Saluatoris nostri memoriam & Christianæ Plebis solatium collocatum fuisse, adsunt rationes ualidæ, ueritatiq. consentaneæ. Constantinus enim Maximus Pius, felix Augustus sacro Baptismate suscepto ex rogatu Beati Siluestri Papæ insignem Basilicam supra corpus Beati Petri, & innumerabiliũ martyrum & Confessorum Reliquias, vt uerba Nicolai iiij. & Joannis xxij. infrascribenda testantur, centum eximijs ornatam columnis ædificauit. Scalas pro foribus Templi, amplum Atrium cum quadriporticu columnato, duo Templa à latere meridionali, unum Diuo Andreæ Apostolo, quod nunc Sacrario inseruit, alterum Sanctæ Petronillæ Virgini eidem contiguũ in loco vbi nunc est Apsida Apostolorum Simonis & Judæ crassitudine murorum perpetua, forma rotunda, mausolea nuncupata, pari magnificentia adiecit; amplissimis muneribus in auro & argento, ac possessionibus attributis. Hanc Basilicam & sanctitate & totius Orbis ueneratione celeberrimam, Beati Petri sedem, matrem & dominam cunctarum Ecclesiarum, à qua ut Joannes xix. ad Petrum Epũm Siluæ candidæ testatur, oẽs pene Ecclesiæ doctrinam acceperunt, sicuti à magrã & domina; atque Innocentius Tertius Pont. Max. uir sapientissimus eius sacri Templi ante Pontificatũ Canonicus Hadriani primi è clariss.a Comitum sobole gentilis, carmine declarauit in Apsida ueteris Basilicæ, cuius exemplum seruatur hodie in Archiuo eius sacri Templi, me in primis procurante, ne tam singularis memoria deperiret. Anno siquidem MDxciiij. dum fabri ipsam, noui gratia B. Petri erigendi altaris, demolirentur Apsidam, ni id negocij promotorem à me tunc fuisset in=

Elogia Va[illegible] [illegible] Basilicæ

[illegible] Vegetius [illegible] duo templa Martis alterum, Apollinis alterum fuisse [illegible] [illegible] loco suo relinquo.

[illegible]

Anno 1594 demolita Apsida [illegible]

infra proximū triduū exemplū p̄dum sumi neguaquā potuisset. Quod musiuo opera effixa habebat imagines Saluatoris sedentis in throno, hinc inde Apostolorum Petri & Pauli, infra Paradisus cum quatuor fluminibus, cum Agno Paschali in Throno, Ecc.ª Romana uexillum tenente, & imagine Innocētij Tertij; Oues egredientes è ciuitatibus Jerusalem & Bethleem, ut clarius ex dicto exemplari in p̄ta Basilica quis cognoscere poterit. In Zophoro hi uersus legebantur.

> ✝ Summa Petri sedes est haec sacra Principis aedes,
> Mater cunctarum decor & decus ecclesiarū.
> Deuotus Christo, Qui Templo seruit in isto,
> Flores uirtutis capiet, fructusq. salutis.

Ipsius autem Apsidae exemplum fideliter sumptum oculata fide, en tibi sequens pagina demonstrat. Praeterea autem Apsidae stuccū a quo uitrum compactum tenebatur album erat mixtum paleis frumenti, in quibus etiam aderant spicae habentes grana frumenti optime asseruata in dicto Stucco per tot temporum curricula. In maceria eiusdem apsidae Constantini Aug. nomen in magnis figlineis tabulis legebatur his literis.

D. N. CONSTANT. AVG.

Exem=

4

Exemplum Apsidae veteris Vaticanae Basilicae ab Innocentio tertio

IC XC

Ⓐ ΠΑΥΛΟϹ — SĒS PAVLVS

SCS PETRVS — Ⓐ ΠΕΤΡΟϹ

HIERVSALEM

BELEM

Gion Phison tigris Euphrates

Innocentius papa III.

Ecclesia Romª.

✝ SVMMA·PETRI·SEDES·EST·HAEC·SACRA·PRINCIPIS·AEDES·MATER·CVNCTARVM·DECOR·ET·DECVS·ECCLESIARVM·
DEVOTVS·CHRISTO·QVI·TEMPLO·SERVIT·IN·ISTO·FLORES·VIRTVTIS·CAPIET·FRVCTVSQVE·SALVTIS·

Hanc inquam Basilicam à Beato Silvestro Papa & Constantino Augusto donatam fuisse preciosissimis reliquijs, sicut Helena Augusta felicissima mater eius Ecclesiam Sanctę Crucis in Jerusalem viuificę Crucis ligno magna illius parte thecis aureis et argenteis clusa decoravat; nulla est penes me dubitatio. De Sanctissimo Sudario Constantini Augusti temporibus in Vaticana eadem Basilica collocato testantur verba Ambrosiani Breviarij à Sancto Ambrosio instituti, dum dicit, quod nunc usque Romæ in Beati Petri Templo maxima veneratione colitur. Quod si Beati Ambrosij tempore post annum à Constantino sexagesimū circiter Sudarium hoc in Vaticana servabatur Basilica, quid dubij erit quin in consecratione & dedicatione eius sacri Templi à Sancto Silvestro Papa in eadem primitus sit collocatum? In primitiua enim Ecclesia non solum singularis illa veneratio sepulcri Apostolorum Principis celebri memoria, Confessio appellata; cuius visitatio ex verbis Sci Cleti Papæ relatis à Martino Polono validior est ad salutem, quam duorum annorum ieiuniū; verum & aliorum martyrum apud Christi fideles maxima deuotio floruit; & non solum sepulcra Sanctorum invisendi, sed illorum Religuias piæ plebi Dei palam exhibendi vetustissimus mos inoleuit. Legitur enim in vita Sanctæ Febroniæ Virginis & martyris in Passionario valde antiquo in membranis manuscripto signato littera. C. Bibliothecæ dictę Basilicę, pagina 27. quod eius gloriosæ martyris reliquias Episcopi populo ostenderunt, verba sunt ista. Antecedebat enim eos populus cum lampadibus & thimiamate psallentes venerunt ad

ad Templum; Ascenderunt autem Episcopi in excelso loco, & monstrauerunt reliquias populo &c. Quod si tot temporum curricula nobis ostendunt Sanctarum reliquiarum venerationem, populisque laudabilem ostensionem (ut hodie fit) nouam non esse, nec minus antiquam, sed antiquissimam; quare non pie credendum est ex his rationibus sacrosanctum hoc Sudarium in tam præclara & excelsa Basilica à Beato Silvestro papa decentissime collocatum fuisse; Præsertim cum certum sit ante noningentos annos in sacello Joannis Septimi, qui sedit anno Domini DCCV. longa & continua temporum serie, ut infra narrabitur, in Ciborio marmoreo ab eodem Joanne fabrefacto ad hæc usque tempora permansisse. A Pontificatu autem Beati Silvestri usque ad Joannem Septimum numerantur anni plus minus trecenti octoginta. Id temporis spatium non est longum in comparationem noningentorum annorum & ultra. Sed de his hactenus. Nunc vetustatis testimonia ex Bibliotheca Vaticana Pontificia, Archiuo Basilicæ eiusdem, alijsq. autenticis scriptis à rudi & ignaro licet ingenio, ad puram tamen et sinceram veritatē in ordine annorum et temporum de eadem Sanctissima reliquia loquentia in unum collecta hæc sunt.

Anno Domini Nonagesimo tertio.

Verba Breviarij Ambrosiani, quæ infra apponentur & Jacobi Philippi Bergomatis dicunt Sudarium hoc à Veronica Diuo Clementi papæ fuisse testamento relictum. Id colligitur anno post Christum passum sexagesimo plus minus, Veronica annos nata supra octogesimū in bona

bona senectute obijt, atque in Basilica Sancti
petri sepelitur.

Anno domini ducentesimo quinquagesimo.

Sequitur alia insignis memoria à Methodio Lyciæ
et postea Tyri Episcopo conscripta, qui ut Gesnerus
ait fol. 602. martyrio coronatus est sub Decio &
Valerio Imperatoribus circa annum Domini du=
centesimum quinquagesimum Fabiano Pontifice ma=
ximo, cuius uerba relata sunt à Mariano Scoto
ad annum Domini XXXIX. Tiberij XXIII. hisce
uerbis.

Verba Methodij antiquiss. scriptoris martyris de Veronica

Interim Tiberius circiter XXIJ annis sui princi=
patus exactis uiuendi finem fecit, qui de dño
Jesu Christo hoc apud Senatum usus est con=
sultum. Si Deus est, inquit, poterit rebus nobis
inutilibus prodesse. Si homo est Reipublicæ sub=
uenire. Hic lepra uexatus non modica deside=
rabat auditis diuinis uirtutibus gratiam eius per
nuncios comprobare; sed non potuit ad hoc per=
tingere, quia Christo iam post Resurrectionem
Cœlo præsidente fama comperverat Pontio Pilato
adiudicante Judæis traditum & a suis militibus
crucifixum, sepultumque tertia die resurrexisse;
sed furatum à discipulis custodibus appretiatis
diffamatum esse. A' quadam Matrona nomine
Veronica, quæ ipsius Saluatoris nostri aspectum
ipso exprimente atque contradente ad euiden=
tiam testificandæ ueritatis & obseruandæ
fidelitatis nicemate suo reconsignatam habuit.
Quæ dum nuntios conuenisset, & ita esse atq.
se habere per omnia euidentissime asseruit.
Romæ ab ipsis delata est, atque in præsentiam
Prin=

Principis adductam speciem diuinæ testificatio=
nis ostendit, & uirtutem perfecti medicaminis gratia
Christi mirabiliter effecit. Qui dum comperisset Pila=
tum Dominici erroris reum extitisse, Senatu decerne=
te, utpote qui sine audientia Romani Consultus talia præ=
sumeret, iussus est exilij supremam damnationem subire.
Non multo post ipse (ut dictum est) uiuendi finem fecit.
Huiusque Methodius.

Anno domini Trecentesimo Octogesimo quinto.

In Breuiario Ambrosiano sic in fine intitulato quod ex=
tabat superioribus mensibus penes q. Julium de Archan=
gelis antiquitatis obseruatorem. Ad laudem & gloriam
Dei Optimi Maximi, ad communem eorum utilitatẽ, qui
secundum institutionem Diui Ambrosij Doctoris eximij Me=
diolanīq. Archiepi diuina celebrant officia; explicit man=
uale siue Breuiariũ accuratissime castigatũ, ac quam=
plurimis additionibus, ordineq. facili perfectissime in=
staurratum per Presbyterum Franciscum Crispũ, nup
item ab eodem pro maiori parte reuisum; Mediolani
autem per Sodeardum Ponticum non parua cura impres=
sum Anno Dñi MDXIII. die XV. Nouembris.

Die iiij. Februarij agitur festus dies Sanctæ Ve=
ronicæ Matronæ, et in officio adsunt hæ lectiones.

Lectiones Breuiarij Ambrosiani de Veronica

Lectio I.

Hanc tradunt eam esse mulierem quæ XIJ annis
in profluuio sanguinis laborans, cum oĩa sua in me=
dicos erogasset, & nihil sibi profecisset; tandem tacta
Dominici uestimenti fimbria sanitatem recepit.

Lectio II.

Hæc est illa Jerosolymitana Matrona sanctitate &
pudicitia insignita, cui Dominus Jesus tempore pas=
sionis imaginem suæ faciei panniculo impressam
in

in signum amoris reliquit.

Lectio III.

Haec à Tiberio Caesare per Volusianum Ctrenium virum è Jerosolyma cum Sudario Romam accersitur (detinebatur enim Caesar magno infirmitatis morbo) qui quamprimum mulierem sanctam suscepisset, et Sudarium contigisset curatus est. Quod Sudarium Clementi Pontifici ab eadem ex testamento derelictum, nunc usque Romae in Beati Petri Templo cum maxima religione videtur. Haec postea usq. ad mortem ibi in sanctitate perseverans in Ecclesia S. Petri in pace quievit.

Hucusque Breviariũ Ambrosianum.

Miraculum Gregoriani et Ambrosiani Breviarij tempore Caroli Magni supra Altare S. Petri, ex quo significatum divinitus fuit Ambrosianum in sola Ecclesia Mediolanensi, Gregorianum in universo passim Orbe celebrari debere.

Prodijt itaque Ambrosianum Breviarium ex institutiõe sancti Ambrosij Archiepiscopi Mediolani, idq. sole clarius etiam magni evidentia miraculi, quod Maphaeus Veggius Laudensis vir doctus et pius Canonicus sancti Petri Martini Quinti Datarius libro tertio de praestantia Vaticanae Basilicae refert his verbis. Ex antiquis historijs traditur, cum sancti Ambrosius et Gregorius ambo doctores, ambo Romani nobilissimi pro suo quisque ingenio divina edidissent officia; inter Christianos Sacerdotes disceptatio orta esset, utrum eorum quo magis uterentur suscipi deberet; placuit Concilio quod tempore Hadriani primi habitũ est, assentiente etiam Carolo Magno, ut bina officia super altare sancti Petri ponerentur, clausis Basilicae ianuis, ac magna diligentiaq. adhibita custodia per noctem ita manerent, non intermissis interim dignis de=

votisq. ad Deum orationibus, ut quod eorum potius eligendum esset, singulari aliquo signo ostenderet; nec secus optabant evenit. Mane enim cum introissent Basilicam Officium beati Gregorij dissoluto codice sparsisq. hinc inde per pavimentum folijs quasi disseminatum; Officium vero Beati Ambrosij solum ipsum super altari apertum invenerunt. Qua plane tam admirabile re cognita altius mentem omnes efferentes non aliud eis significatum esse crediderunt quàm ut Beati Ambrosij officium in sola Ecclesia Mediolanensi; Beati autem Gregorij in universo passim Orbe celebrari deberet.

S. Augustinus lib. IX confessionũ mentionem facit de horis canonicis in Ecc.ª Mediolanensi [illegible] antiquitate Breviarij Ambrosiani

Historia de Veronica ex Bibliotheca Vaticana.

Ex libro valde antiquo vetustis caracteribus exarato in membranis Vaticanae Pontificiae Bibliothecae sub n.º 933. habetur haec historia de Veronica distãs ad finem libri pag. 23. enarrato de Vultu Salvatoris Lucano, haec inquit.

Porrò sunt alij Vultus Dominici, sicuti est Veronica, quia quidam Romae delatam à Veronica dicunt, quam ignotam tradunt esse mulierem; verum ex antiquissimis scripturis comprobavimus hanc esse Marthã sororem Lazari hospitam, quae fluxum sanguinis xij annis passa tactu fimbriae Dominicae sanata fuit, propter diutinam passionem fluxus curva incedens, unde à Varicia poplitis vena incurvata Varonica, quia incurvata dicta est. Hanc ex traditione veterum novimus linteo impressam habuisse Dominici Vultus effigiem, quam Volusianus amicus Tiberij Caesaris apud Jerosolymam ab ipso transmissus, ut de factis et miraculis Christi certum signum referret, quo de morbo suo Tibe=

Ambrosius in sermone de Salomone.

Haec postilla est in originali.

Varices est vena plus aequo infra [illegible] cruribus.

Tiberius curaretur, ab ipsa Martha licet inuita quo=
nundam suggestione abstraxerat. In cuius traditio=
ne Martha tristata, uultumq; hospitis sui secuta
traditur Romam uenisse, & Tiberium in pri=
mo Veronicæ picturæ conspectu curasse, ut legitur
in Speculo Ecclesiæ, & in gestis Titi & Vespasia=
ni. Vnde & tunc longo ante Apostolorum aduen=
tum tempore Christi fides usque adeo Romanis
innotuit, quod Tiberius de mansuetissima oue sæ=
uissimus lupus effectus perhibetur, desæuiens in
Senatum, eo quod ipso volente suscipere Christi agni=
tionem dedignaretur, sicut in libro de transitu Be=
atæ uirginis & gestis discipulorum profusius tra=
ctaui. Est ergo Veronica pictura Domini ueram secun=
dum carnem repræsentans effigiem à pectore supe=
rius in Basilica sancti Petri iuxta ualuas portæ in=
troitus dextera recondita.

Gesta Titi et Vespasiani puto esse fragmentum [illegible] 4834 in Bibliotheca Vaticana, in quo agit de Veronica, de Volusiano, de Tito & Vespasiano [illegible] [illegible] in multis fabulosa.

Est alia Dominici Vultus effigies in tabula æque im=
pressa in Oratorio Sancti Laurentij in Palatio La=
teranensi, quam Sanctæ memoriæ nostri tempo=
ris Papa Alexander Tertius multiplici panno se=
rico operuit, eo quod attentius intuentibus tremo=
rem cum mortis periculo inferret. Vnumq; pro=
culdubio compertum habeo, quod si diligenter vul=
tum Dominicum, quem Iudæus in palatio Latera=
nensi iuxta Oratoriū sancti Laurentij uulnerauit,
cuius uultus cruore tamquam recente faciem
dexteram operit attendas, non absimilem Vero=
nicæ Basilicæ sancti Petri, eiúe picturæ quæ in
ipso Sancti Laurentij est Oratorio, Vultuiq; Lucano
reperies.

Hucusq; dictus liber tempore Alexandri Tertij scri=
ptus anno MCLX. ut supra notat. dū nouit eūdē Alexm.

Hi

Historia Sanctissimi Sudarij Ve=ronicæ ex Bibliotheca Vaticana.

Ex manu scripto libro in membranis sub nu=
mero 3851. Nicolai Signorilis, qui uixit sub
Martino Quinto, & ut patet fol. 4. dicti libri fuit
peregrinus in Jerusalem folio primo habetr. hæc
historia de Sanctissimo Sudario his uerbis, in Bi=
bliotheca Vaticana Pontificia.

FACTVM EST in ipso articulo Passionis Domini
nostri Jesu Christi, ut Tiberius Cæsar graui languore
detineretur, in tantum ut etiam secretiora eius pu=
tredine tabescerent, & contusiones uulnerū proflu=
enti sanguine distillarent, ac foetoris molestia pene
ad exitium appropinquaret. Multis igitur Cæsar Me=
dicorum adhibitis curis, & summis medicamentis
atque unguentis utens, nihil curæ suæ sentiebat
effectum. Inter hæc dum grauibus uulneribus cru=
ciaretur, & medelam penitus inuenire non posset,
conuocans ad se senatorum conuentum dixit ad
omnes Cæsar. Languor meus fortissimus est, &
nullam medelam à medicis inuenire possum in
Romana Republica. Audio quod in partibus Je=
rosolymitanæ prouinciæ sit quidam Jesus nomi=
ne uir magnus, qui potestate magna mortuos su=
scitat, & omnes languores solo uerbo in populo sa=
nat. Ergo si uestræ dignitati placet, eligite nobis
uirum dignum & sapientem, qui pergat, ut cū
magno honore perducat eum ad nos. Certe si Deus
est potest etiam inter bella præstare nobis auxilia
si autem homo est per eum Rempublicam guber=
nare poterimus uigore largissimo. Ad hæc senatorū
prosapiæ respondentes dixerunt. Justum est, ut tā=
tus uir non desit Cæsaris ab aula, quatenus & eius
in=

Hanc historiam citat Cardinalis Baronius [illegible]

Hic liber antiquissimus est; in eo namque [illegible] [illegible] Propugnacula quæ (merli vulgo appellantur) n.° 1447 [illegible] sub Paulo V. [illegible]

Apostolici palatij Vaticani ambu= [illegible] s. [illegible] palatio ad arcem S. Angeli [illegible] ... tant ipsius macc= ries [illegible] quas summi [illegible] ... VII. in captione Vrbis duce Bor= bonio [illegible] ... [illegible] XXIII. [illegible] ... latio Ap.co usque ad Castrum S. Angeli [illegible] ... [illegible] S. Angeli de man= [illegible] XXIV.

infirmitati sit in salutem, & Reipublicæ supple=
mentum. Elegerunt itaque Senatores uirum illustrē
Volusianum nomine sacerdotem Templi iam comi=
tem Reipublicæ, & dixerunt ad eum: Dominus No=
ster Cæsar Augustus suo iussu te dirigere in Jeroso=
lymam statuit, ut ad eum uirum iustum nomine Je=
sum perducas. Respondens autem Volusianus dixit.
Paratus sum dñi mei Augusti parere præceptis. In=
troiens autem Conuentus Senatorum denunciauit
Volusianum paratum stare præ foribus. Cæsar uero
iussit ad se introire, cui dixit. Testor Deos deasq., &
coram Deo auctore omnium Deorum fungere Lega=
tione mea, & Reipublicæ tribue sanitatem, quia
intrinsecus dolor meus peruerget, & uiscera mea
fundunt diu noctuq. putredinem. Amplificatus eris
multis diuitijs, & pater Patriæ in Romano Regno vo=
caberis. festina uelociter & vade in Jerusalem
perquirens Jesum Christum Nazarenum prophe=
tam medicum sanantem languores & omnes in=
firmitates; qui & mortuos suscitat non solū ipse,
etiam uero discipulis suis dat potestatem morbos
curare, & in suo nomine uirtutes multas facere.
Hunc uirum magnum si ad me cum honore addu=
xeris, quicquid mihi petieris impetrabis, & in Con=
uentu Senatorum primus eris. Tunc Volusianus
corruens in terram inclinato capite adorauit Cæ=
sarem, & dixit ei. Pia est intentio dñi mei Cæsa=
ris. Respondit Cæsar & dixit. Volusiane, ecce præ=
sentem habebis reuelatorem, qui mihi hæc omnia
dixit, quia & Deum se dixit & hominem. . . Vn=
de commoneo te iterum, ut cum omni supplicatione
et ueneratione illum deprecceris, ut ueniat ad nos.
Quia sicut iam diximus. Si Deus est uiuat nos;
Si

si homo est in Republica præstare nobis beneficia potest.
Tu uero sine mora festinans, perge ad inueniendum eum.
Tunc Volusianus secundum ueterum legum instituta ordi=
nationem fecit testamenti domus suæ, & ascendens peram=
bulauit. Interea Cæsar ab infirmitate sua acrius cru=
ciabatur. Volusianus autem post multa maris pericula,
post multorum fluctuū procellosos turbines & vento=
rum ualidissimos impetus, post annum & menses tres
Jerosolymam aduenit. Qui appropinguans moenibus
Vrbis, cum iam introeundi ciuitatem esset facultas,
cœperunt omnes Judæorum maiores natu in aduen=
tum ipsius turbari. Subito autem pergentes multi
ad Pilatum præsidem nunciant ei dicentes, quod uir
nobilis in honore constitutus à partibus Romæ superio=
ribus aduenisset. Tunc Pilatus in occursū studiose oc=
currit Volusiano & cum sollicito timore dixit ad
eum. Nos non meruimus serui tui in itinere occur=
rere uirtutibus Romanorum. Respondit autem Vo=
lusianus ad eum. Non enim in contagione prouinciæ
directi sumus à pijssimo Cæsare Augusto pro Vrbium tur=
batione, aut certe pro sollicitudine militaris status Rei=
publicæ; sed tantum nobis est curæ quod possimus
opere implere quæ iussit modestia maiestatis eius.
Permonuit enim Rempublicam de morbo quo tenetur
in secretiore intestinorum uiscere, & penitus nec
incantationibus Cliotiopitarum potuit adiuuari. Sed
ista sollicitudo nos permonuit, ut ab ipso directi, &
eius præceptis obedientes post longam itineris tribu=
lationem effugiendam uim maris, quæramus ho=
minem Judæum nomine Jesum, quem audiui=
mus quod sine medicamentis, aut aliquarū her=
barum confectione potest curam sanitatis præ=
stare. Sed sicut relatio cuiusdam hic præsentis
re=

demonstrat, tantum etiam uerbo omnia inqui=
namenta sanat. Nam & hic est discipulus, per
quem de eo potestis cognoscere ueritatem. Et di=
xit unus de militibus Pilato praesidi. Ipsum desi=
derat prudentissimum uidere uiuum iste Volusia=
nus, quem crucifigere non metuit tua magnifice=
tia. Confusus itaque Pilatus ad relationem militis
suo nomine prolocutione dixit Volusiano. Do=
mine mi uirum hunc quem diligenter inquiritis
Judaei apprehendentes eum Crucis patibulo affi=
xerunt. Tunc Volusianus perterritus dixit ad
Pilatum. Cur in homine tanto quem vulgus uni=
uersum Deum et hominem affirmabat, tu sine
consilio dñi mei pijssimi Tiberij Augusti mortem
intulisti, et eum damnare fecisti. Respondit Pi=
latus & dixit. Judaeorum enim uoces & cla=
morem pati non potui, quia ipsi dicebant Quare
se Regem diceret esse & contra Caesarem age=
ret, et ideo tradidi eum petitioni eorum et se=
cundum suam legem crucifigi praecepi. Ad hoc
respondit Volusianus. Si inuictissimi Principes Roma=
norum pro pietate sua iniquum quemlibet aut latronem
homicidam sine subtili examinatione et sine damna=
tione uel consensu Senatorum non damnant, nec
morti addicunt, tu quare tantum uirum et medicũ
et sanantem omnes infirmitates non timuisti inter=
ficere, et uoluntati Judaeorũ occidendum tradere?
Pilatus dixit. Speraui saluti Romani Imperij
prodesse si talis uir occideretur, quia se Regem
fecerat Judaeorum. Volusianus dixit. Nisi uiuũ
illum ostenderis, tu priuatus gloria Regni proti=
nus eris, et uita carebis lucis aeternae. Ad hoc
respondit Pilato miles eius et dixit ei. Non tur=
be=

turbetur magnitudo tua. Vere surrexit à mortuis
et nos ipsum uidimus post mortem eius tertia die; nam
et multi fuerunt nobiscum qui uiderunt eũ uiuum
et alacrem ambulantem. Veniat & Joseph qui eum
sepeliuit. Eadem hora audiens Volusianus quod tan=
tus uir uiueret, iussit uenire Joseph et cum ueneratione
et honore introduxit ad se, & dixit illi. Tu solus in po=
pulo tuo sapiens & mirabilis in hac Vrbe comprobaris,
dic ergo nobis quae acta sunt in ciuitate de Jesu uiro
approbato in nostra gente, homine iusto, quem & De=
um daemones asserebant; si uere surrexit à mor=
tuis, quia à te solo testimonium uere accipimus. Res=
pondens autem Joseph dixit. Vere surrexit à mor=
tuis dñs meus Jesus Christus, et quia ego eum uidi et
cum eo sum locutus, & ego eum sepeliui & posui
in monumento nouo meo, quod excidi mihi in petra,
et quia postea uiderunt eum alij in Galilaea ui=
uum super montem Malesci sedentem et docentẽ
discipulos suos. Tunc Volusianus misit per omnem
regionem Jerosolymae perquirens ut cognosceret de
eo ueracissime cuncta quae dicebantur. Et dum
frequens inquisitio de eo fieret, & ipsum uiuum
minime reperisset uenerunt nouem homines & Joseph
cum eis, qui dixerunt. Nos eum uidimus ascendẽ=
tem in coelis. quorum nomina sunt haec. Didimus,
Lucius, Jsaach, Didasculus, Ereas, Ararus, Leo,
Didasculus, Mattheus. Perhibentibus istis testimo=
nium de Jesu quod uere propheta, et admirabilis
esset, iratus Volusianus contra Pilatum quod tantum
uirum morti damnasset apprehendi iussit crude=
lem tyrannum et retrudi in arcta custodia. Re=
truso igitur Pilato coeperunt multa de mirabilibus
eius clarescere et euidentia signa monstrari.
Nã

Ex Archiuo Episcopatus Lemouicis. Jn epistola Joannis XIX. missa in Gallias ad Jordanum Epũm Lemouicensẽ de scõ Martiali tamquam Aplo honorando fit mentio, quod idem sanctus uidit xpũm ascendentem in coelis.

Nam & mulieres quædam denunciabant signa eius & ante passionem suam quæ fecerat, & post Resurre=ctionem eius, quia cum multis testibus affirmabant. Volusianus autem dicebat ad uniuersum populum, qui erant audientes. Iste ut audio, quia Deus erat præstare potuit nobis subsidia, & iussit exercitui suo, ut omnem progeniem Pilati recluderet, & custodiis manciparet, et in conspectu militum Pilatum adduci præcepit; cui cum lacrymis ita dicebat. Inimice ue=ritatis quare non retulisti Principi potestatum de eo quem innocentem & pium totus populus clamat. Re=spondit Pilatus. Non ego tantum pollutus sum in san=guine eius, sed etiam cunctus populus Judæorum eum interfecerunt cum Scribis et sacerdotibus suis. Vo=lusianus dixit. Tu tamen quomodo ostendis inno=centia tua fuisse in hac re? Quomodo non retu=listi Tiberio Cæsari, ut sicut ille iussisset, ita face=re permisisses. Tunc unus ex discipulis Jesu no=mine Simeon astitit ante Volusianum in conspectu totius populi circumstante Pilato & dixit ei. Tu Pilate clamabas in Concilio tuo dum eum uerbis castigabas & affligebas, & dicebas ei; Potestatem habeo dimittere te & potestatem habeo occidendi te. Respondit Pilatus. Judeorum insidias pertimui, et ideo uoluntati eorum illum tradidi; Denique ut in pñtia omnium me innocentem ostenderem, laui manus meas coram omnibus dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius uos uideritis. & respõ=derunt seniores Judæorum. Sanguis eius super nos et super filios nostros. Tunc Volusianus la=chrymari cœpit coram populo & dicere Pilato. Tu tamen tuo bono desiderio eum dimittere debu=isti, & non inferri tanto prophetæ permissu tuo ne=

necem. Cœpit igitur Volusianus cũ magno de=siderio quærere, agnoscere cupiens de mirabilibus Jesu. Juuenis quidam Marcius nomine Judæus, quasi delator diuinitatis secretum mulieris cuius=dam ei diuulgauit & dixit ad Volusianum. An=te annos fere tres mulierem curauit à profluuio sanguinis, quæ cum se iam uidisset sanam solo tactu uestimentorum eius […]

Hic incipit de Veronica.

In originali est huiusmodi spatiũ, et alia in hac historia etiam relicta spatia.

Respondens Volusianus ad hæc, dixit ad iuue=nem. Indica mihi mulieris nomen. Ille dixit ei. Veronices dicitur & manet Tyro. Tunc iussit Volusianus ut perduceretur ad eum mulier de Ty=ro. Quod ita factum est. & cum præsentata fu=isset ante conspectum Volusiani, sic eam Volusia=nus alloquitur. Dignæ prudentiæ in te cognouimus ueritatem. Audi denique nos & utere consilio nostro, & declara nobis yconam Jesu uiri magni Dei, qui tibi sanitatem reddidit corporis & salutem. Ad hoc mu=lier respondit. Non habeo domine, numquid tu diligen=ter inquiris yconam? Volusianus autem quasi deri=sum se uidens minis terrere eam cœpit, ut si nollet sponte inuitam proderet ex quo quærebatur. Temita uero mulier […] potestatis & cultu sacro religio=nis inuita diuulgauit secretum suæ diuinitatis, qui statim misit cum ea multitudinem magnam, & inue=nerunt eam asconsam in ceruicale capitis sui. Ad caput namque lectuli sui eam semper habebat, & tam=quam magnum thesaurũ ibi occultabat diebus ac noctibus magno honore uenerabatur. Sustollens denique ipsam yconam Jesu Christi mox contremuit, & pauore concussus adorauit eam pronus in ter=

terram cum ueneratione grandi. Respondens autẽ
Volusianus allocutus est omnem Judæorum sinagogã
dicens. Vere dico uobis, quia maxima erit de hac re
retributio, eo quod talem ac tantum prophetam susci=
tantem mortuos, cæcos illuminantem, leprosos mundan=
tem, paralyticos curantem, infirmitates in potestate
sanantem occidere crudeli morte non timuistis. Di=
gnum namque est, ut uestra grauissima ultio exer=
citetur, quatenus totus mundus agnoscat uestræ ne=
fandissimæ operationis iudicium, & quod sangui=
ne humano iusti damnati estis dicendo, sanguis
eius super nos & super filios nostros. & ideo uos et
filij uestri captiui habitabitis, iura possidebitis per
confinia terrarum, per ueracissima iudicia prin=
cipum, sine quorum consensu talia scelera commi=
sistis. Hæc loquens Volusianus statim congregans
milites in apparatu nautum ordinauit, vt ar=
mata manu cum exercitu yconam Jesu Christi
& mulierem Veronicem quæ et Basilla dicitur,
& Pilatum in custodia publica secum Romam
perducerent. Cœpta itaque nauigatione post no=
uem menses Volusianus cum Pilato & Basilla
cum diuinitatis suæ auctrice imagine filij Dei
uiui ad Portum Romanum deuenerunt. Nun=
ciatumq; est Tiberio Cæsari de aduentu Volusiani,
qui gauisus est gaudio magno, præcepit Volusia=
num ante se uelocius introduci. Introeuns uero
Volusianus prostratus ante uestigia Cæsaris adora=
uit eum, et exposuit ei omnem uiæ laborem,
quanta pericula mari terráque sustinuisset, ac
propter immensos pelagi fluctus moras tantas
habuisset. Dicit ad eum Cæsar. Quid actum
est

est de Jesu iusto. Respondit Volusianus. Interfe=
cerunt eum Judæi & Pontius Pilatus. Cæsar autē
dixit. Quare tale scelus commiserunt. Respondit
Volusianus. Vt omnia exquisiui, propter solam in=
uidiam eum tradiderunt & damnauerunt eum
Cruci, quia non ualebant signa facere, quæ illi
et discipuli eius operabantur. Ad hoc Cæsar. Quid
actum est de Pilato filio perditionis. Respondit Volusianus.
Mecum illum adduxi in custodiam. Cæsar Augustus
ira succensus. Quare non interfecistis eum? Respon=
dit Volusianus. Quia pietatem uestram timui offendere;
hac de re ante præsentiam D. V. huc illum adduxi
ut statuta legum Romani Imperij discussione exa=
minata minime inuita facerem, sicut fecit stultissimus
impius Pilatus. Cæsar autem Augustus indignatione
magis accensus contra Pilatum, nec aspectibus suis
eum exhibuit, neque miseratione aliqua super eũ
est inclinatus, sed in ira furoris præcepit, ut igne
& aqua coctum non manducaret, aquam uero in
mensura modicum biberet, multorumq; supplicio=
rum genere cruciaretur, ut inter diuersa supplicia
sine cessatione constitutus, cum tormento mortuus
nunciaretur. Deportatus est quippe in exiliũ dam=
nationis iubente Cæsare Augusto ad ciuitatē Tusciæ
Ameriam, in qua permansit in penuria clausionis
usque ad diem mortis suæ. Ijs itaque peractis acces=
sit Volusianus ad Tiberium Cæsarem, & dixit ei.
Cognoscat dn̄s noster pijssimus Cæsar, quod quædam mu=
lier quam curauit Jesus à profluuio sanguinis ha=
bet imaginem eius per amorem illius in similitu=
dinem vultus eius, & detuli eam huc. Illa au=
tem secuta ipsam imaginem, relicta omni substā=
tia & diuitijs gloriatur se omnem thesaurũ pos=
si=

possidere si hanc habuerit; si uero eam perdiderit
dicit se gloriam sui Conditoris & diuitiæ potesta=
tis amittere; ambitione honoris funditus carere &
suæ salutis, & fortitudinem animæ suæ amplius
non habere. Cui cum ego dicerem. Vt quid in extra=
nea gente pergere cupis in egestate et labore? Mu=
lier respondit mihi. Vbi peregrinata fuerit spes mea
& ego cum ipsa peregrinabor, quia sunt diuitiæ ani=
mæ meæ omni tempore uitæ meæ. Hoc audito Cæsar
iubet eam sibi præsentari cum imagine Jesu Christi;
& dum uideret eam cum summa ueneratione ge=
stantem yconam Saluatoris admiratus est valde
& in timore constitutus dixit ad eam. Dic mihi mu=
lier; vere tu meruisti fimbriam uestimenti Jesu Dei
uiui magni tangere. Dicit ei mulier. Vt tetigi fim=
briam uestimenti eius statim salua facta sum ab
infirmitate qua per duodecim annos pressa sum.
Dicit ei Tiberius Cæsar. Ostende mihi imaginē Je=
su Christi Saluatoris tui. At ubi eam pertulit mu=
lier, & uidens eam Cæsar contremuit, & mox
cadens in terram adorauit eam & lacrymis rigans,
& deosculatus imaginem eius saluus factus est ab
infirmitate putredinis & vulneris sui, ex qua multo
tempore angustiatus fuerat. Tunc Tiberius Cæsar dum
sensisset uirtutem diuinitatis in suo corpore adue=
nisse ex uisione sanctæ imaginis mox præcepit mu=
lierem Basillam diuitijs locupletari ex publicis facul=
tatibus. Jmaginem autem ipsam ex auro & lapi=
dibus preciosis iussit ornari, & in eodem loco cele=
bri reponi. Post hæc interrogauit Tiberius Volusianū
dicens. Quæ est præceptio huius iusti & doctrina
eius. Respondit Volusianus. Sicut audio nihil au=
dio, nisi ut baptizetur unusquisque qui in eū cre=
di=

crediderit in aqua & credant eum Deū esse. Re=
spondit Tiberius Cæsar & dixit. Væ mihi qui me
pene per totum mundum peragrantem, et multa Re=
gna circumgyrantem, multaq. superantem pericula,
& multæ occupationes perduxerunt, ut talem ui=
rum nequaquam cernerem, & eius doctrinam
scirem, & signa miraculorum aspicerem, quæ per to=
tum Orbem audita sunt & manifesta. Factum est
autem ut Tiberius Cæsar post saluationem sui cor=
poris uiueret mensibus nouem, laudans quo=
tidie & benedicens Christum Deum Saluatorem
omnium Dominum, & cum timore uenerans ima=
ginem eius per omnes dies uitæ suæ, defunctus est,
& suscepit Caius Cæsar Romani Jmperij Regnū.
Caius autem scire uolens quid actum sit de Pi=
lato iussit eum uenire in conspectum suū. &
postquam ab eo diligenter audiuit testimoniū de
Filio Dei, quomodo passus esset & sepultus, & tertia
die resurrexit à mortuis, & signa multa quæ fecit,
& in Cælum astantibus discipulis ascendit; cupiens
Caius reconciliare Pilatum non potuit, quia accu=
sabant eum Romani esse circumcisum ritu Judeo=
rum. Quod ubi cognouit Caius Cæsar remisit eum
in exiliū, qui in ipso exilio in multas incidens cala=
mitates, propria manu se interfecit. Mortuus est ergo
ille impius et sepultus est in Jnferno. Per omnia
benedictus Deus, qui fecit uindictam de inimicis suis
ex passione unigeniti filij sui, & manifestare
uoluit Principibus et Jmperatoribus huius sæculi
Qui cum eodem sancto filio, & Spiritu sancto
uiuit & regnat Deus nunc & semper, & per
immortalia sæcula sæculorum. AMEN.
Nicolaus Signorilis ciuis Romanus fuit Secre=
ta=

Secretarius inclyti magistratus almæ Vrbis, colligitur
ex Epistola dicata Martino Papæ Quinto Columnæ,
cui librum de Ecclesiastica & profana Vrbis antiquitate
in Vaticana Pontificia Bibliotheca in bambacino m. s.
asservatum n°. 3536 docte & eleganter inscripsit. In
Basilica Sancti petri erat in Bibliotheca eiusdem hic
liber inscriptus. Historia de Veronica cum descrip=
tione locorum terræ sanctæ; prout in Indice librorum
et mobiliũ Sacristiæ annorum 1454. 55. et 89.
Supradicta igitur historia de sanctissimo Suda=
rio Veronicæ, quam idem Nicolaus recenset, qui
ut dictum est superius, peregrinus fuit in locis San=
ctis Jerusalem, ipsaq; loca post dictam historiam dili=
genter designat; meo quidem iudicio antiquissima
est; ratio emergit, quod auctores in hoc opusculo
citati de Sudario loquentes ad eandem conveniant.
Nempe de infirmitate Tiberij, de Volusiano, de
muliere Veronica xij annorum fluxum patiente,
De ycona Sudarij ostensa Tiberio, de sanitate
recuperata. Addit Methodius antiquissimus mar=
tyr De Pilato in exiliũ misso, et præcipue utitur ver=
bis illis in eadem historia regestis, dum inquit Ti=
berius. Si Deus est poterit nobis rebus inutilibus pro=
desse; Si homo est Reipublicę subvenire. Metho=
dius uixit anno Christi CCL. fuit Episcopus Tyri;
Veronica, ut supradicitur, manebat Tyro.
Tiberius dum Roma exulabat pustulis sive ma=
culis in facie deturpatus erat, & ob istam causã
quidam historici asserunt eum hominũ commer=
cium aufugisse. Fuit calvus ut ex Dione in Tibe=
rio habetur; refert enim Seianum ut gratificaretur
Tiberio pueros derasos ad calvitiem duxisse in spe=
ctaculum, & idem fuit suspectus immo habitus nõ
sa=

sanæ mentis, ut ex Dione ibidem. & ex eodem
M. Aemilius Scaurus in Tragoedia hoc idem demon=
stravit, cum omnis intentio tragoediæ fuit ut demõ=
straret Subditum debere Stultitiam Principis perfer=
re, & sic insinuavit Tiberiũ non fuisse Stultum.
Asserunt medici, qui pustulatam habent faciem
ut plurimum patiuntur dolores cholicos, yliacos,
et dissentericos scilicet interiorum circumvolu=
tionem, & uiscerum diffusionem, quas patieba=
tur Tiberius, ut dicta narrat historia.

Gregorius Turonensis histor. lib. 1. cap. 24
citatus à Card. Baronio tomo. I. fol. 251. ad an. xpi. 34
Pilatus gesta ad Tiberium Cæsarem misit, & ei
tam de uirtutibus xpi, quàm de Passione uel Re=
surrectione eius insinuat; quæ gesta idem Gre=
gorius apud se scripta retineri affirmabat.

Iacobus de Voragine eadem fere narrat
de Tiberio, de Volusiano, de Veronica, de Pilato,
ut uidere est in Passione Christi tomo uitarum
Sanctorum manuscripto in Bibliotheca dictę
Basilicę in pergameno ab eodem edito.

Leonardus Aretinus In historia lingua Italica typis impressa sub nomine Aquilæ uolantis multa agit de Volusiano, de Veronica, de Tiberio, ac de Sudario quæ accepta uidentur à p̃ta historia Bibliothecæ Vaticanæ.

Jacobus Philippus Bergomas in Supple=
mento Chronicorum fol. 166. lib. 8. in Tiberio
ad annum Dñi XXXIIII. hæc scribit.
Veronica mulier Jerosolymitana Christi di=
scipula, matrona siquidem sanctitate ac pudi=
citia insignita his temporibus à Tiberio Cæsare
per Volusianum necessariũ suum uirum Stre=
nuum è Jerosolyma cum Sudario Christi Ro=
mam accersita (detinebatur quippe idem Cæsar
magno infirmitatis morbo) qui cum primum
mulierem Sanctam suscepisset et Christi ima=
ginem contigisset, ab omni infirmitate curatus
est.

est. Ob quod miraculum ipsa Veronica ab ipso Cæsare magno in pretio deinceps habita est. Ibi=dem enim usque ad morte cū Petro & Paulo Apo=stolis, atque Clemente Pontifice Ecclesiam Dei con=stituente, perseuerauit. Hæc ipsa est, quam Do=minus sanguinis fluxu fatigatam (ut sacra Euā=gelij habet historia) uestimenti eius fimbriam tan=gendo sanauerat, à quo etiam passionis eius tempore eadem imagine uultus sui in signum amoris decorata fuit. Ipsa autem imago pan=niculo sic expressa Clementi Pontifici & succes=soribus eius ab eadem ex testamento declarata, nunc ~~hu~~ vsque ibidem in Beati Petri Templo à xpi fidelibus maxima cum religione ueneratur. Quam & multi per tempora exquisitis celebrauere laudi=bus, inter quos illa singularis habetur, quæ incipit. Salue sancta facies nostri Redemptoris &c.

Ex recentioribus huic adstipulantur Polydorus Vergilius de inuentoribus rerum lib. 6. cap. 13. Repetit Mutius Justinopolitanus lib. 1. sac.^e historiæ cap. 1x annotat. 1. Polydorus Vrbinas uixit anno dñi 1499. Mutius sub Pio V. Pont. Max. hæc ait Polydorus.

Alterum id genus sudarium dum ad morte subeū=dam ducebatur dedisse fertur mulieri, quam à proflu=uio sanguinis ut supra ostendimus liberauerat, cui si recentioribus credere uolumus, Veronica nomē fuit quod undecumq acceptū fuerit hodie Romæ persancte seruatur in Aede Principis Apostolorum.

Mutius Justinopolitanus.

Notisi quanto antico sia l'uso delle imagini & quā=to approbabile, dapoi che Christo degnò di lasciar la sua in un panno impressa. Ne questo si hà da essere posto in dubio, che sappiamo Veronica hauerne ri=por=

riportato il Santo Sudario, il quale non ci hauerebbe lasciato il Signore se uoluto hauesse che l'imagini si ributtassero, ma uolle la sua bontà che noi le haues=simo per nostra ricordanza & per nostra deuotione et santificatione & canta la Chiesa Ambrosiana nella Pre=fatione della messa di quella santa, che quel velo posto sopra Volusiano gobbo lo fece drizzare, & per giusto giuditio di Dio coloro che nati sono diritti negando l'uso delle imagini diuentino gobbi & chini, in tanto che al=zar non possino gl'occhi dell'intelletto à discerner la uerità. Qui non uoglio lasciare di aggiungere, che Mariano Scoto per autorità di Methodio scriue, che essendo Tiberio macchiato di lepra intese le operationi del signore mandò suoi messi per esser curato da lui, mà che arriuorno in Gierusalemme dopo la morte sua, & che da loro fù condotta Veronica à Roma, la quale per uirtù del Santo Sudario lo liberò. Hæc Mutius.

Onuphrius Panuinius libro de VII. Ecclesijs.

Prope finem Basilicæ uersus Portam Sanctā est Oratorium & Altare Sanctissimi Sudarij insigni ex=cultoque opere Beatæ Virgini à Joanne Papa Sep=timo dedicatum, supra quod in marmoreo oper=culo est Sanctissimum Christi Sudariū quod vo=catur Veronicæ, quo pientissima mulier ante passionem Christi faciem extergens eius, in su=dario illo faciem impressam suscepit.

Illustrissimus & Reuerendissimus dñs Car=dinalis Baronius, tomo. I. annal. ad ann. xpi 34. Tiberij 18. fol. 206.

Enarrato de Sudario, quo caput Domini erat inuolutum in sepulcro subiungit hæc uerba. Ab hoc diuersum Sudariū illud existimatur, quod

quod à Berenice faciei Domini sanguine ac su=
dore aspersæ admotum, eiusdem Dominici Vultus
effigiem in se retinuit. Vt habet Christiana tradi=
tio, & libellus manu scriptus de translatione eius
Romam facta qui asseruatur in Vaticana Bib=
liotheca, testatur. De eadem Berenice quæ &
Veronica dicta habetur, deque eadem Christi
imagine uelo excepta, Methodius Episcopus anti=
quus Chronographus meminit.
Hæc Cardinalis Baronius, qui in Tiberio mul=
ta agit de Pilato, deque eius exilio, quæ con=
gruere satis uidentur prænarratæ historiæ Sā=
ctissimi Sudarij eiusq; ad Vrbem translationis
ab ipso citatæ.

Anno Domini Septingentesimo Quinto.

ALtare Sanctissimi Sudarij, cui superne usq; ad an=
num MDCVI. cum iussu Sanctissimi Domini No=
stri Pauli Quinti Pontificis Maximi uetus Vatica=
na Basilica solo æquata fuit, ut Augustissima
Templi facies à fundamentis ædificaretur;
imminebat Ciborium marmorei uermiculatique
operis sex columnis innixum, quarū striatæ
duæ ex lapide rubro maculis sanguineis inserto
Chiensis Insulæ, quem ignare lapicidæ ab huiusmo=
di lapide quo Porta Sancta Basilicæ Vaticanæ est
ornata, portam sanctam uocant; dictum Sacrū
Sudarium continens, situm erat in ultima late=
rali naue, statim dextera ingrediendo Basilicā
uersus Palatiū Apostolicū, ac in Oratorio Joan=
nis Septimi summi Pontificis, qui sedit anno Do=
mini Septingentisimo Quinto.
Hic beatissimus Pontifex hoc Oratorium cū Cibo=
rio ad continendum Sacrosanctum Jesu Christi
su=

Sudariū primo sui Pontificatus anno, qui
fuit à Domini Natali Septingentesimus quintus
uarijs historijs Saluatoris nostri & beati Petri
musiuo opere, necnon marmorum incrustatio=
nibus cum pauimento rotis porphyreticis ro=
tundis et ouatis, ac serpentinis lapidibus ele=
ganter construxit, ut Anastasius Bibliotheca=
rius in eius uita, Petrus Mallius Canonicus Sc̄i
Petri qui sub Alexandro Tertio uixit, Martinus
Consentinus, Riccardus Monachus Cluniacen=
sis de uitis Pontificū, Mapheus Veggius dictæ
Basilicæ Canonicus Martini V. Datarius, Platina
& alij autores optime testantur; et anno se=
quenti 706. quarta currente Indictione Dei
Genitrici Virgini Mariæ dicauit, ut infra di=
cetur.
Hoc Oratorium antequam fabri demolirentur,
exemplandum diligenter curaui, ne tam sin=
gularis memoria periret, cum historiæ beati Pe=
tri uersus Palatium Apostolicum ob madentē
locum offuscatæ satis cernerentur. Verumtamē
studio adhibito omnia prout erant ad fidele et
germanum exemplar excepta sunt. Id cum
historijs & Ciborio præfato in fine huius opus=
culi delineatum pictumq; apponere uisum est.
Conspicitur etiam expressum in criptis iuxta
Aram Deiparæ Virginis Prægnantiū in ambitu Sa=
cræ Confessionis B. Petri cum hac inscriptione
marmore incisa.

EXEMPLVM. ORATORII. DEI. GENI=
TRICIS. MARIAE. VIRG. IN. VETERI
BASIL. CVM. CIBORIO. SS. SVDARII
VARIIS. HISTORIIS. IESV. CHRISTI
ET

ET. B. PETRI. VERMICVLATI. OPERIS. MIRIFICE. DECORATI. A. IOANNE PAPA. VII. HIC. ET. IN. ARCHIVO HVIVS. BASIL. PAVLI. V. PONT. MAX. IVSSV. ASSERVATVR. AN. MDCIX.

Huius sacelli descriptio hæc est. In pariete uersus Palatium Apostolicum tessellati operis prima historia est. Prædicatio B. Petri Apostoli Jerosolymitanis cum litteris CIVITAS HIEROSOLYMA. habens imaginem Beati Petri stantis recti manu eleuata tenentis binas claues cum ciuitate Jerosolyma & populo circum se illum audiente. secunda prædicatio eiusdem Antiochenis habens similem imaginem cum litteris CIVITAS ANTIOCHIA. Tertia Prædicatio Romanis cum simili imagine & litteris ROMA. e ruinis seruata imago Beati Petri prædicantis Romanis uidetur hodie sub fornice noui pauimenti muro affixa. Quarta quando Sanctissimi Apostoli Petrus & Paulus coram Nerone disputabant cum Simone Mago. Quinta lapsus Simonis ex aere. Sexta Crucifixio Petri. Septima decollatio Pauli. In altero uero pariete supra portam Sanctam hæ cernebantur historiæ opere musiuo. Annunciationis, Visitationis, Natiuitatis Christi cum miraculo mulieris tangentis arida manu Præsepe, quod hodie cernitur sub fornice prædicto in ambitu sacræ Confessionis in demolitione acceptum. Angeli ad pastores, Adorationis Magorum, Præsentationis in Templo. Baptismi Christi in Jordane. Miraculi cæci nati. Mulieris tangentis fimbrias. Zacchei in siccomoro. Suscitationis Lazari. Triumphi in die Palmarum. Cœnæ cum discipulis antiquo more cubantibus. Crucifixionis cum quatuor clauis. Resurrectionis. Descensus ad Limbum; & quando Angelus mulieribus apparuit ad monumentum. In medio harum imaginum aderat beatissima Deipara Virgo ex eodem tessellato opere graui uultu decora, armillis & coronis ornata, expansis manibus Græco ritu, habitu coloris castanei, staturæ palmorum quindecim, quæ inde amota & Florentiam pia deuotione Antonij Riccij nobilis Florentini Episcopi Aretini translata in Ecclesia sancti Marci magna ueneratione colitur. Ad cuius dexteram stabat rectus Joannes Septimus Papa cum planeta & Pallio habens in capite quadratum diadema (quod indicium est uiuentis) et sublatum manibus offerens Sacellum ipsum Deiparæ Virgini. Cuius Pontificis imago à pectore sursum è ruinis seruata, uidetur hodie sub fornice noui pauimenti pone aram Sanctæ Mariæ Prægnantium. Subtus pedes Deiparæ Virginis & ipsius Pontificis extabat nomen ipsius Joannis musiueis litteris iuxta typum in fine huius operis appositum uidelicet.

✝ IOHANNES. INDIGNVS. EPISCOPVS FECIT ❧ BEATAE. DEI GENITRICIS. SERVVS ❧

Hinc

C.

Hinc inde ad latera imaginis surgebant duae pre=
ciosae columnae è nigro marmore orientali ualde aesti=
mato integrae palmorum circiter quindecim, à qui=
bus olim uelum ducebatur ad cooperiendam ipsam. In=
fra constructus fornix nitebatur duabus eximijs Colum=
nis uitineis albis intortis, quae hodie ante Maiorem
absidam Templi ceteris similibus pulchriores & sanio=
res inspiciuntur, in cuius fornicis interiori circuitio=
ne effictae erant è musiuo imagines Deiparae Virginis
filium gestantis, Apostolorum Petri ad sinistram, Pau=
li ad dexteram cum litteris in gyro anteriori arcus
DOMVS · SANCTAE · DEI · GENE
TRICIS · MARIAE.
Sub quo olim erat altare, postea posita ibi fuit
Porta Sancta anni Jubilei. Super capita colum=
narum sustinentium arcum erat hasta ferrea cum
orbiculis ad ducendum uelum ante ipsum Altare.
Praeter musiuum opus sacellum hoc quod se in
longum protrahebat diuersorum lapidum quadra=
tas scilicet laminas albas uenis interiectas; itemq.
cinericias diuersis punctis maculatas (grannitum
uocant) cum antiquissimis marmoreis phrygijs do=
cta manu caelatis, quae hodie in dicta Basilica asser=
uantur sub criptis in ambitu sacrae confessionis
peritorum iudicio non longe ab aeuo dictorū milli=
um annorum facta; incrustationes habebat. Paui=
mentum stratum erat marmoribus albis, Rotis por=
phyretis, quadris serpentinis, & ante aram oua=
to nobilissimo integro latoq. firma crassitudine
palmis circiter decem longo etiam porphyretico,
ubi ex hominum fama ferebatur quiescere corpus
Beatae Veronicae. In demolitione Basilicae, sublato
dicto lapide infra terram in antiquo sepulcro
ex

ex laminis figlinis reperta fuerunt ossa uetu=
stissima, ualde corrupta, quae delata fuerunt
in Polyandriū sub fornice noui pauimenti facti
iuxta Sanctissimi Domini Nostri, & hoc titulo mar=
moreo ornatum, ubi est maxima ossium conge=
ries eruta sub Paulo V. in sacrosancto ueteris
Basilicae solo è compluribus marmoreis arcis &
antiquissimis sepulcris.

☧

POLYANDRIVM

HVC · CONGESTA · SVNT · OSSA · OMNIV̄
SANCTA · OPINIONE · DEFVNCTORVM
NOVI · GRATIA · TEMPLI · ERVTA · E · LO
CVLIS · SVIS · VT · COMMVNI · CONDITO
RIO · REQVIESCANT.
PAVLO · V · PONT · MAX.

Pauimentum praefatum satis confractum erat,
& suis lapidibus rapacitate fabrorum iam fere
spoliatum. Non longe ab ara dudum sub dicto ar=
cu posita in parte epistolae constructum cernebatur
Ciborium saepedictum laminis serpentinis & porphy=
reticis crustulatum, ac uermiculato emblemate
distinctum, habens in summitate Crucifixum
aeneum quatuor clauis; hodie patet omnibus
ante Sacrosanctum sacellum in ambitu Confessio=
nis cum hoc lapideo titulo.
ANTIQVISSIMA · HAEC · SANCTISSIMI · CRV
CIFIXI · IMAGO · AEREA · QVAE · IN · SVMMI
TATE · CIBORII · SACROSANCTI · SVDARII
A · IOANNE · PAPA · VII · ANTE · NONIN=
GENTOS · ANNOS · IN · SVO · SACELLO
EX=

EXSTRVCTI. COLLOCATA. ERAT. IN DEMOLITIONE. SVB. PAVLO. V. PONT. MAX. VETERIS. TEMPLI. PIE. SERVATA. HIC. POSITA. EST. ANNO. DÑI M. DC. VI.

Dictum Ciborium dum memorato anno MDCVI. fabricatores demolirentur intra locum, qui sanctam Reliquiam continebat in duabus magnis marmoreis tabulis simul iunctis in opus Ciborij adhibitis repertum est nomen Joannis praefati Summi Pontificis, litteris maiusculis incisum uz.

IOHANNIS SERVI SCAE MARIAE

Haec inscriptio indicat nomen Joannis septimi, qui in pariete Oratorij se inscripserat, Joannes indignus Episcopus fecit Beatae Dei Genitricis servus. Forinsecus non apparebat, et ni occasio aduenisset demolitionis nullatenus legi poterat. E ruinis seruandam curaui sub cryptis praefatis parieti affixã ob Sanctissimum Sudarium, et Joannem papam, iuxta altare Sanctae Mariae Praegnantium. Scribit Tiberius Alpharanus Hieracensis Clericus Beneficiatus in libro de rebus antiquis Basilicae Sancti petri in dicto Archiuo Basilicę, se legisse quendam titulum marmoreum in parastata nauis iuxta aram eiusdem Sacelli Joannis Septimi ad ortum solis, quem multotiens ante illius ruinam perquirens numquam inuenire sci=

scivi. est autem huiusmodi.

DEDICATIO. DOMVS. HVIVS SANCTAE. DEI. GENITRICIS DIE. XXI. MENSIS. MARTII INDICTIONE. IIII.

Indicat haec inscriptio consecrationem altaris dicti Sacelli sub arcu memorato factam anno secundo Joannis septimi salutis nostrae septingentesimo sexto.

II. Anno domini Septingentesimo octogesimo quarto, Hadriano primo Pont. Max.

Ex Anastasio Bibliothecario in uita Hadriani primi fol. 151. Desiderio Langobardorum Regi militaribus copijs Vrbem inuadenti, Sanctissimus Hadrianus orationibus et armis occurrere paratus Deo duce impios conatus atq. superbiam elisurus conflato repente exercitu Vrbem muniuit. Ecclesias B. Petri et Pauli exornare ac denudare fecit, cunctaq. eorum cymilia et ornatus in ciuitatem Romanam introduxit, claudi faciens omnes ianuas Ecclesiae beati Petri, et deintus ferris supponi atq. muniri, ut si ipse Rex aduenisset minime intraret, nisi in brachio forti ad animae suae interitum ipsas confringendo ianuas. Haec Anastasius. Cuius tempestate Basilica sancti Petri splendidissima suppellectili pollebat. Ad eam namque terrarum undique innumera multitudo confluẽs preciosissima illi dona, atq. oblationes iugiter offerebat; vt Jacobus Cardinalis Stephanescus Bonifacij Octaui affinis et Nicolai Tertij pronepos Vaticanae Basilicae Canonicus optime meritus uir

Eugenius. IIII. Florentiae año 1439. uniuit [illegible] Ecclesiam Sancti Blasij in cantu secuto in uia Julia ord. S. Benedicti pro conseruandis in ea paramentis [illegible] et suppellectili [illegible] Basilicae et capituli [illegible] cum Basilica [illegible] frequentibus [illegible] [illegible] Saeculo MCCCC. paramenta dictae Basilicae atque sanctorum Reliquiae [illegible] seruabantur in domo nº. XV in uia recta Parionis ut plenius in [illegible]

uir doctus in libro de Centesimo Jubileo anni Mil=
lesimi Trecentesimi memoriæ prodijt, quod trigin=
ta florenorum millia quotannis oblationes Sancti
Petri suo tempore conficiebant. Hadrianus oem suppel=
lectilem ex Basilica pta abstulit; consequenter etiam
Sanctas Reliquias asportasse credendum est. Arce
Sancti Angeli nondum munita in Templo Pantheon
omnium superbissimo atque munitissimo, ut nunc
quoque foret, ni instrumenta bellica cum tormenta=
rio puluere adinuenta obstarent; Cymilia ipsa ser=
uata fuisse non parua ratio elicitur; nam in di=
cto Templo ex constanti traditione, famaq; non uul=
gari tenetur stetisse ibi Sacrosanctum Suda=
rium; in eoq; capsa lignea uetustissima populi
deuotioni exposita uidetur, ubi Sanctissimum
ipsum Veronicæ uelum permansisse dicitur;
Indicatq; tabula manuscripta in membranis
uetusto caractere ad maius eiusdem altare
appensa.

Corroborat has rationes memoria ipsius Ha=
driani papæ in fine præfati Oratorij Joannis
Septimi in quadam lamina marmorea in=
crustationum ad septentriones incisa caracte=
ribus ineptissimis facta anno Septingentesimo
octogesimo quarto Indictione septima uidelicet

✝ TEMPORIBUS
DN. HADRIANI
PAPAE HIC RECUN
DITA SUM RELIQUI
AS SANCTORX IN

MESE

MESE. NOBEBRI
O D. XXII. IND
SEPTIMA BIN
A CLUSURA INI
NTEGRO. QP IN
SEPTINIANA.

Hunc lapidem in demolitione eius Sacelli
inter saxa proiectum dum casu apothecas
lapicidarum intrarem ultimis litteris aliquan=
tulum mutilatis seruandum curaui muro affi=
xum in criptis iuxta aram Deiparæ Virginis
Prægnantium. Hadriani itaq; tempore in Orato=
rio memorato dicta inscriptio posita fuit, ut doceret
legentes eadem tempestate conditas fuisse ibi sa=
cras Reliquias Sudarium scilicet, et quæ in
dictis altaribus Sanctissimi Vultus & Sanctæ
Mariæ fortasse existebant; In his enim aris quæ
Reliquiæ fuerint hoc penitus ignoro. Nam alta=
re Sanctæ Mariæ dudum amotum fuit anno Ju=
bilei sub Nicolao Quinto, uel Sixto Quarto, qui
ibi posuerunt portam sanctam, & de hoc nihil in
Archiuo apparet; liquet enim ex Diarijs Alexan=
dri sexti in Bibliotheca Vaticana asseruatis
anno MDI. fol. 88. in clausura portæ sanctæ
quam auream uocat & aliarum trium portarũ,
ad quas omnes claudendas certos Cardinales
destinauit Vigilia Epiphaniæ Domini; accersito
namq; Cæremoniarum Magistro Joanne Broc=
cardo Argentino interrogauit ipsũ, quænã ce=
re=

cæremonia servata fuit olim in claudendis au=
reis portis Basilicarum Vrbis; secundum exhibi=
tum responsum servata cæremonia est. Ex quo col=
ligitur id tunc non fuisse novum. Nicolao Quinto,
vel Sixto Quarto meo quidem iudicio hoc tribuitur;
sed magis Sixto Quarto, immò pro comperto tenen=
dum. nam Mapheus Veggius sub Nicolao Quinto
Canonicus in libro antiquitatum dictæ Basilicæ Vati=
canæ nullum verbum de Porta Sancta, res adeo
memorabilis; immò contrarium ponit dicens, quod
in Sacello Joannis Septimi duo erant altaria sci=
licet Sacrosancti Sudarij, & Deiparæ Virginis,
in quo prima Missa in Nocte Natalis Domini sem=
per celebrabatur, ut patet in hoc libro fol. 23
& 66. Colligitur ergo non fuisse ibi portam
Sanctam sub Nicolao Quinto, consequenter tri=
buendum id esse Xysto IIII. Salva in omnibus
veritate.

Quo vero ad Altare Vultus Sancti sciendū est
anno MDCVI. ipsum quoq. sublatum fuisse, &
elevata superiori mensa lapidea, quæ non ma=
gni erat ponderis apparuit septum quoddam
sive locus tabulis figulinis confectus longus
palmis duobus uncijs quinq., latus palmo uno
uncijs XI. tectus lamina testacea, intra quem
locum nihil penitus repertum est, & qui ade=
rant ibi indicarunt quicquid intus erat sub=
latum fuisse. In fronte tamen eiusdem mensæ
erat sigillum ferro munitum, quo aperto re=
pertæ sunt Reliquiæ videlicet. SANCTO=
RVM. CYRI. ET. IOANNIS. SAN
CTI. BLASII. MARTYRIS. AC
SANCTI. NICOLAI. CONFESSORIS.

cũ

cum tribus granis incensi involutæ cedula
in papiro scripta caractere vetusto dicente no=
mina Reliquiarum, & hodie in Sacrario eius
Basilicæ asservantur in arca ubi multæ San=
ctorum Reliquiæ singulis involucris nominatæ
conduntur. Ad bina hæc altaria Sanctæ Mariæ
ad Præsepe, & Sacrosancti Sudarij unica die
consecrata additur in mensa lapidea aræ San=
ctissimi Sudarij fuisse positas Reliquias Sancto=
rum Cyri & Joannis, evidenter alludendo no=
mini Joannis Septimi conditoris sacelli.

Pompeius Ugonius antiquitatis studiosissimus
considerando supradictum Hadriani lapidem
mihi pluries dixit in ea esse sententia Sacrosan=
ctum Sudarium stetisse in Pantheon sub eodem
Hadriano ab anno 772 quo Desiderius Romam
infestare cœpit ad 784. aliquibus rationibus
tum ex dicto lapide, tum ex antiquissima su=
pradicta arca in Pantheon asservata veritati
satis consentaneas rationes eliciendo; & dicto
ex Templo sub eodem Summo Pontifice ad ipsam
Basilicam relatum in Ciborio Sacelli Joannis
Septimi, ut præfata docet inscriptio, fuisse ite=
rum collocatum, cuius memoriæ talis est tenor.

TEMPORIBVS. D. N. HADRIANI
PAPAE. HIC. RECVNDITA. SVM
RELIQVIA. SANCTI. SANCTO
RVM. IN. MENSE. NOBEM=
BRIO. DIE. XXII. INDICTIONE
SE=

SEPTIMA · BINA · CLVSVRA IN · INTEGRO · QVAE · PONITVR IN · SEPTINIANA ·

Per uerbum sum loquitur Reliquia; id mul=
toties inuenitur in Aedicularum titulis, & alijs
oblatis donis dum ibi scribitur, talis me fecit &
¶ Sancti sanctorum idest Jesu Christi, scilicet
Sudarium ¶ Bina clusura, idest binis ostijs, et
ita claudebatur Ciborium aeneis scilicet, et fer=
reis portis ut in hoc libro folio 81. dicetur.
¶ In integro, idest in pristino statu; ut erat tē=
pore Joannis Septimi; idem enim est dicere in
integro ponere, ac si dixisset in integrum re=
stituere, uel in pristinum statum reducere;
integro etiam dicitur denuo uel iterum ¶ In
Septiniano, idest in septo seu Ciborio dictum à
sepiendo, sicut enim dicitur Menianum à mae=
nibus, Ambones ab ambitu marmoreo presby=
terij, in quo Ambones siue elegantissimi mar=
morei suggestus dextra laeuaque positi ad euā=
gelium et epistolam cantandum, sicuti hodie ui=
demus in Ecclesia Sancti Clementis in regione
Caelij montis; ita Septinianum à septo, recte eniͫ
dicitur septum altaris ambitus ille marmoreis
columnellis fabrefactus in Ecclesijs Vrbis & alibi.
Nec mirum si septinianum appelletur, cū alia
quoque habeat nomina nempe Ciborium, Tegmē,
Suggestus, Menianum, Tabernaculum, Ambó,
et Thalamus. Bonifacius enim octauus locū ad
benedictiones ante Lateranensē Basilicā Tha=
lamum uocauit, ut ibi olim docebat titulus.

BO=

BONIFACIUS · PAPA · VIII · FECIT TOTUM · OPUS · PRAESENTIS THALAMI · ANNO · DOMINI MCCC.

Placuit hic apponere exemplum Ambonum
ad Euangelium et Epistolam cantandas cum Pres=
byterio siue schola, de quibus toties in Rituа=
libus, & apud Anastasium Bibliothecarium
mentio fit; hodie Romae omnes fere defecerunt;
tum quia exoleuerunt caeremoniae illae cantā=
di Euangelium in ipsis ambonibus, & diuinum
recitandi officium in ipso Presbyterio; tum quia
Rectoribus uisa sunt occupare Basilicas &
Ecclesias; defecerunt profecto non sine animi
displicentia illorum qui antiquitatē amant
ecclesiasticam. Defecerunt meo tempore in
Basilica Sancti Pauli, in Ecclesia Sanctae Ma=
riae Maioris, in Ecclesijs Sancti Sabae in cella
noua, & Sancti Pancratij. In Ecc.ª Sancti Pan=
cratij sunt hodie Ambones, septum Presbyterij
pulcherrimis magnis & integris tabulis por=
phyreticis ornatum amotum fuit. & licet
ad historiam Sacrosancti Sudarij huiusmodi
Ambones minime spectent; quia tamen uene=
randa antiquitas me ad id impellit, placuit
Presbyterium cum Ambonibus integrum & in=
uiolatum ad haec usque tempora in titulo Sancti
Clementis serpentinis & porphyreticis laminis
ac uitro eleganter ornatum, quod hodie cer=
ni=

cernitur ita fideliter repraesentare, à Nicolao primo Summo Pontifice fabrefactum.

Exemplum Ambonum in Ecclesia S[anc]ti Clementis Nicolai papae primi.

Nuo

Nunc ad priora redeamus. Die XXIJ Nouembris facta repositio est sacrarum Reliquiarum, ac sequenti die bina altaria consecrata, ut docet memoria antiquissima Martyrologij benefactorum Basilicae, his uerbis.

CONSECRATIO. ALTARIS. SACROSANCTI SVDARII. ITEM. ALTARIS. SANCTAE MARIAE. AD. PRAESEPE. POST. IPSVM NONO. KAL. DECEMB. IN. FESTO. SANCTI. CLEMENTIS &

Sacellum à Joanne septimo dicatū fuisse XXJ. Martij iam supra dixi. Sub Hadriano Primo praedicta altaria fuisse consecrata unica die simul, docet lapis supradictus, docet martyrologiū. & licet ponatur in lapide dies XXIJ. & in martyrologio enuncietur dies XXIII. optime conueniunt. Ex Pontificali namque elicitur ueritas, quod die praecedenti includuntur reliquiae cum celebratione Vigiliarum, & die sequenti consecrantur altaria.

Anno Domini MXI. Benedicto Octauo Pontifice Maximo.

Ex antiquo Instrumento caractere Langobardo in pergameno, ut in Indice scripturarū Archiui dictae Basilicae folio 346. fasciculo 223. capsula 61 super locatione facta à Joanne religioso Presbytero & Monacho Abbate, atq. Leone & Crescentio cum consensu monachorum uenerabilis Monasterij Sanctorum Victoris atque Pancratij martyris ad tertium genus Petro et Maio fratribus uineas XIJ ordinum in territorio Syluae candidae in fundo valle de Ossinda pro annua pensione XJ. denariorum argenti anno sexto Be=

Ecclesia SS. Victoris et Pancratij extra portā Aurelia.

De Cappellano sanctæ Veronicæ uide fol. 59 anno 1403.

Benedicti papæ octaui, & Henrici secundi Imperatoris anno quinto. Inter alias testium subscriptiones, subscripsit quidam Joannes humilis Clericus, & Mansionarius Sanctæ Mariæ in Veronica his uerbis.

✝ Iohannes vm Clerico, & mans Sanctæ Mariæ in Beronica.

¶ Anno Dñi Millesimo Centesimo. Paschale Secundo Pont. M.

Ex antiquo Graduale in membranis manu scripto cum cantu firmo in antiquissimis notis fol. 27. asseruato in Bibliotheca dictæ Basilicæ annos supra quingentos scripto; In nocte Natiuitatis Domini celebrabatur Missa in Altare Joannis septimi ob historiam Natalis Xpi ibidem effictam musiuo, sicut notat Mapheus Vegius ad tempora sua perdurasse. In rubrica dicti Gradualis sic habetur. In nocte Natiuitatis Dñi &c. & infra. Finitis lectionibus quinque uel sex de Canonicis induti pluuialibus in medio Chori similiter cantent antiphonam, Ecce Maria genuit nobis Saluatorem &c. usque ad mediam. & uterque Chorus respondet. Ecce Agnus Dei. sic cantatur tribus uicibus. Finita antiphona processionaliter imus ad Sudarium Christi cantando Te Deum laudamus, & ibi celebramus Missam. ¶ Colligitur antiquitas huius Gradualis præter uetustissimos caracteres, quod

quod

quod scriptus est ante creationem Beneficiatorū, quibus hodie munus incumbit dicta pluuialia deferre.

¶ Anno Dñi MCXXXI.

Refert Benedictus Canonicus Sancti Petri in libro de officio Ecclesiastico totius anni ad Magistrū Guidonem de Castello S. R. E. Cardinalem tituli Sancti Marci, qui Innocentio secundo successit dictusq. est Cælestinus papa secundus in Bibliotheca Vaticana manu scripto, quod Papa Dominica Gaudete Missarum solemnia in præfata Basilica celebrabat, quæ antequam inchoaret, thus offerebat ceteris altaribus, & inter alia Sanctissimi Vultus & Sanctæ Mariæ aris adolebat incensum, cuius uerba sunt ista.

Dominica de Gaudete statio ad Sanctum Petrū, ubi dñs Papa cum omnibus Clericis ad Vesperā uenit. et infra. Media autem nocte surgens, audito signo dñs Papa cum omnibus ordinibus ad Sanctum Leonem uenire debet, ibiq. Mansionarius præparat thuribulum Episcopo, & Episcopus Pontifici omnibus indutis de suis indumentis. Cubicularij cum duobus candelabris et faculis accensis debent ire ante Pontificem; Pontifex autē primū incensat Altare Sancti Leonis, deinde cum processione incedens per Porticum Pontificū ad sctum Gregorium primum incensat altare eius, & altare sancti Sebastiani, & altare sancti Tiburtij. Deinde duo altaria in Mediana ad Crucifixos, ubi ab antiquis patribus audiuimus quiescere Apostolos Simonem & Judam. Postea uadit ad Sudariū Christi quod uocatur Veronica & incensat, & altare Sanctæ Mariæ similiter. Po=

Ex ceremoniale Gregorij decimi. In Ascensione dni papa incensabat altare maius in Basilica S. Petri & aliud altare quod est infra in Confessione & tertium quod est extra in Exitu Confessionis olim in antiqua Basilica in quo pondere... re fuerunt reliquiae Apostolorum Petri et Pauli &c. Hic lapis est porfireticus in pactus tabula magna marmorea et asseruatur hodie in dicta Basca tem=

Postea ascendit ad Sancti Pastorem iuxta arcum triumphalem & incensat. Deinde descendens ad corpus incensat altare super sepulcrum sancti petri, & sic sedet in subsellio cum candelabris ante se. ▽ Hoc Benedictus sub Innocentio Secundo Pontifice maximo ut habetur in Instrumento antiquo locationis in Indice Scripturarum Archiui dictae Basilicae folio 261. Canonicus fuit ▽ Hodie haec caeremonia thurificandi altaria fit tantum à Canonico celebrante comitantibus totidem Canonicis cum Altarista, quot sunt in Vesperis pluuialia. Altaria sunt Sanctissimi Sacramenti, Sacra Beati Petri Confessio, Altare maius, et ubi celebrantur Vesperae; sed priscis temporibus Papa circuibat Ecclesiam in pompa processionis ab Ara sancti Leonis vecta per porticum Pontificum, extremam scilicet lateralem nauem ad meridiem ita appellatam, quia ibi erant sepulcra Pontificum perges ad aras Sancti Gregorij magni & Sanctorum Sebastiani & Tiburtij sitas in dicto sacello sci Gregorij, in cuius demolitione sub Paulo V. uisae sunt apsidae, in quibus olim erant altaria, una ex his tegebatur sepulcro pij tertij ▽ Deinde ad dicta Altaria in mediana siue in media naue Sanctorum Simonis & Judae & alterius è regione, cuius vestigia iamdudum exoleuerant Sanctorum Philippi et Jacobi ▽ Deinde ad Sudarium Christi & Altare Joannis Septimi ▽ Postea recta incedebat ad aram sancti pastoris iuxta arcum triumphalē (arcus enim iste erat in capite columnarum maiorum, sicut hodie cernitur ille in Basilica S. pauli & etiam Laterani) no=

tempore Urbani sexti fuit doratum tribus Clericis [illegible] vi a fratrisco Card. Tibaldesco Romano, ut in libro benefactorum dictae Basilicae.

nobilissimae gentis Vrsinorum, cuius arae mentio in Leone IIII. ex Anastasio fol. 269. Postea descendebat ad Altare supra corpus B. Petri, & sic totam circuibat Basilicam. ▽ Altare super sepulcrum sancti Petri est in oratorio subterraneo in ambitu sacrae Confessionis, quod celeberrimū est atque sanctissimum, orationibus & sacrificijs iugiter frequentatum. Aditus ducentes ad sacratissimum ipsum Oratorium anno MDCXVij Paulus V. Pont. Max. picturis mirifice decorauit; multa uetustatis monumenta in ipso è veteribus Templi ruinis collocauit. Ita locum ipsum statuit, ut qui illuc ingrediuntur magna deuotione excitentur, sancta deosculentur, & ueniam peccatorum humiliter implorent. In eius ambitus fornice ingredientibus significatur sanctitas & ueneratio loci plurima Sanctorum corpora continentis hoc lapideo titulo uidelicet

PAVLVS . V. PONT. MAX.
LOCVM . MVLTORVM . SANCTORVM
PRAECIPVE . B. PETRI . CORPORE . VENERANDVM . DECORAVIT . ANTIQVAE . BASILICAE . SACRAS . IMAGINES . IN . EVM . TRANSTVLIT .
ADITVM . VTRIMQVE . APERVIT
ANNO . PONTIFICATVS . SVI . XIII .
SALVTIS . MDCXVII .

Mansionarij non erant illi, qui hodie pulsant campanas, sed erat dignitas testis Anastasius in Benedicto secundo, Joanne V. Gregorio 2°. & alibi, dicit; hic dimisit omni Clero, Monasterijs, Diaconibus, & Mansionarijs solidos mille nongentos &c. So

Solidus his temporibus erat aureus nummus ex antiquissimis instrumentis in cornibus arboni(?) Vaticanae Bibliothecae antiquitatis [illegible]

D

Solidus idest aureus nummus. Nec minus Sancti
illi Abundius & Theodorus, quorum meminit San=
ctus Gregorius eorum mercenario munere fungebā=
tur; licet dicat, quod Beatus Petrus uni illorum ap=
paruerit dum lampadam accenderet, non facit
quin non fuerint in dignitate constituti; passim
enim uidemus Sanctos uiros humilitatis gratia
infima quoque officia subire; sicut habetur exē=
plum de Joanne Alatrino Canonico anno MCCLVII.
qui proprijs manibus præparauit uiam à Sancto
Georgio ad radices cliui ascendentem portam ap=
pellatam Pertusium ciuitatis Leonianæ, ex libro be=
nefactorum Basilicæ Sci Petri Martyrologiū nuncu=
pato elapsis annis sub Clemente viij. Reate asser=
uato, nunc æditurorum illius Cathedralis ignorantia
(ne dicam malitia) ut accepi cum aliquibus alijs ma=
nuscriptis codicibus in Tympana fœminarū conuerso.
¶ Quarto Idus Januarij obijt concanonicus &
frater noster Presbyter Joannes de Alatro uir ma=
gnæ abstinentiæ ac uitæ & conuersationis San=
ctissimæ, qui in sæculo positus quasi uitam ere=
miticam duxit, & inter alia & innumerabilia
quæ fecit, fecit stratam publicam quæ vadit sub
Sancto Georgio ad Pertusium proprijs manibus pre=
parauit, relinquens omnia bona sua Capitulo
Sancti Petri anno MCCLVII. Expendantur pro
anniuersario suo XX solidi ¶ Erant inquam idē
Sancti Abundius & Theodorus Canonici tunc tē=
poris appellati Mansionarij. Extat huius rei gratia
pulchra donatio in Porticu Sanctæ Mariæ Maio=
ris muro affixa marmore exarata tempore
dnī Gregorij Papæ Quarti facta in omnes man=
sionarios exeuntes & introeuntes perenniter
Ba=

Canonici sā petri uiuebant in communi et in Canonica iuxta Basilicam, ut est in bulla Innocentij III. nō uenientibus ad tertiā subtrahebatur panis in cena, ad sextā uinum. nullus sine socio extra septa canonicæ & sine Archipbri uel Prioris licentia exibat. Atque in libro Regulæ Canonicorū antiquissimo apud Cardinalem Scæ Susannæ habetur quod coquinæ infimum officium, fortasse causa mortificationis exercebant; unde non est mirandum si Sanctus Theodorus lāpadas accendebat & Sctus Abundius Ecclesiam custodiebat. Solidi isti erāt argentei valoris 14. obolorum pro quolibet.

Basilicam Sanctæ Dei Genitricis Mariæ ad
Præsepe à Fl. Xanthippi filia qd Megisti Impe=
rialis à secretis usufructuariæ donationis de mas=
sa, quæ appellatur Paganicensis cum fundis &
casalibus suis, qui nominatim exprimuntur, inter
quos extat fundus Casæ Basili qui hactenus à Ca=
nonicis eius Basilicæ possidetur pro oblatione ani=
mæ suæ, cum subscriptione testium Fl. Anastasij
Trib. B. S. Petri & aliorum, cui quidem donationi
initiū & pars bona desiderantur. ¶ Item alia tabula
imperfecta Laterani in porticu Baptisterij anno VIII.
Henrici secundi Imperatoris salutis MXII. in qua
nominat Mansionarios uenerabilis Basilicæ Salua=
toris Dni Nostri Jesu Xpi, quæ appellatur Constanti=
niana, sub Indictione VIJ. mense Junio die V. ¶ Ste=
phanus sextus ut est apud Anastasiū ad plagā Lo=
custarum auertendam aquam a se benedictā in Ora=
torio Sancti Gregorij iuxta Basilicam S. Petri dedit
Mansionarijs ut per sata & uineas spargerent; ¶
& in Ecclesia Sancti Nicolai in carcere Tulliano in
una ex columnis ipsius ædis dextera ingrediendo al=
tera antiquissima donatio pro eius Templi Mansio=
narijs; ¶ Atq. in libro Nicolai Signorilis in Vaticano fol.
205. de antiquitatibus Urbis ponit priuilegium Ecc.
Romanæ factum Paschali primo à Ludouico Im=
peratore, in quo ipse cum filijs, decem episcopi,
octo Abbates, quindecim comites, Bibliothecarius
unus & Mansionarius unus subscripserunt.
Quæ omnia breuitatis causa hic omittuntur,
cum ad opusculum Sudarij minime spectent.

¶ Anno domini Millesimo Cente=
simo Sexagesimo.

Ex Petro Mallio Canonico Sancti Petri, qui
ui=

uixit sub Alexandro Tertio in historia sacra dictæ
Basilicæ eidem summo Pontifici dicata, quæ &
in Vaticana Bibliotheca, & in præfata Ecclesia
asseruatur, dum agit de Joanne septimo hæc in=
quit. Joannes Septimus Papa uir eloquentissimus hic
fecit oratorium infra Ecclesiam beati Petri sanctæ Dei
Genitricis Virginis Mariæ in parte sinistra iuxta por=
tam Guidoneam, cuius parietes mosibo depinxit,
qui & ipse sepultus est ad Beatum Petrum iuxta
Altare oratorij quod ipse construxit sub die xv.
Kal. Nouembris. Ante quod oratorium est etiam
Sudarium Christi quod uocatur Veronica. Ex
antiquo instrumento in pergameno quorundam capi=
tum libelli antiquissimi à dicto Petro Mallio Ca=
nonico compilati super antiquitatibus & consuetu=
dinibus dictæ Basilicæ, ut in memorato Archiuo
capsula secunda fasciculo 252 uidere licet, dum agit
de oblationibus hæc inquit. Oblatio quæ offertur
in Cathedra ex quo extrahitur usque dum repo=
natur medietas est Canonicorum, altera ministerio=
rum. Quæ autem infra tempus ibi ponuntur Ca=
nonicorum sunt. Similiter fit de oblationibus Su=
darij quando extrahitur usque dum reponatur.
Et infra. Scalæ autem & tabulatum ante Sudariũ
& omnia quæ spectant ad apparatum de oblatio=
nibus quæ ibi offeruntur fieri debent, præter lu=
minaria lampadarum. Hæc Mallius, qui fuit Ca=
nonicus anno MCLXI. ut notat Instrumentum sub=
missionis Ecc.æ Sancti Andreæ de Luterno Basilicæ
ptæ, ut in codice manu scripto sacræ scripturæ n.°
8. Bibliothecæ Sancti petri, & epta dedicatoria li=
bri memorati ad Alexandrum tertiũ Pontificẽ Ma=
ximum. Tempore igitur Alexandri tertij ex=
tra=

extrahebatur Sudarium de loco suo, & in media
Basilica uenerationi exponebatur, idque satis pro=
babile in hebdomada sancta. Tabulata fiebant
cum apparatu, ornamentis cereorum & lampada=
rum, cum populi maxima frequentia.

Alia memoria ex eodem Petro Mal=lio tempore Alexandri Tertij.

In libro supra citato historiæ Basilicæ Sancti Petri post
uaria donorum ac redditui generã Basilicæ sancti
Petri pro lampadibus accendendis enumerata, de lu=
minaribus dicta in Ecc.ª perpetuo accensis loquens,
CL. lampades die noctuq.; in stationibus autẽ CCL.
sua tempestate in Basilica Sancti Petri arsisse te=
statur; uariaq. lampadarum & candelabrorum ge=
nera & nomina, atque item loca omnia, in quibus
candelabra suspendebantur recenset, stationibus
quibuscunq. totius anni enarratis; in cap. igitur
Quot lampades ardeant quotidie in Ecclesia sci
petri, hæc de Sudario scribit. Ante Veronicam
decem Lampades diu noctuq.

Ex eodem Petro Mallio alia mem.

Per portam Basilicæ, quæ erat iuxta Sudariũ Pere=
grini frequenter intrabant tempore Alexandri tertij,
idem enim auctor de nominibus portarum dictæ ve=
teris Basilicæ hæc inquit. In honorem Basilicæ Bea=
ti Petri Apostolorum Principis scribimus nomina quin=
que Portarum quæ sunt in ingressu eiusdem Basi=
licæ; quarum media & maior uocatur Porta argẽ=
tea, quoniam optimo argento tota deargentata fuit
& uarijs picturis à Sancto Leone papa Quarto
depicta. Porta uero quæ est iuxta eam, & quæ va=
dit ad Sanctum Leonem nonum papam uocatur
Porta Rauinniana, quoniam antiquitus Ra=
uen=

Rauennates & omnes Lombardi & Tusci per eã
intrabant, uel quia Transtiberini per eam intrare
solebant, cum Transtiberim ciuitas Rauennatum
uocaretur. Tertia porta iuxta eam quæ uadit ad
Sanctum Gregorium uocatur porta Judicij, quoniã
per eam tantum mortui qui sepeliendi sunt in Eccª.
Beati Petri mittuntur ad Dominum iudicandi.
Ab alia parte supra portam quæ est iuxta portam
argenteam dicitur porta Romana, quia ut à nris
maioribus accepimus Romanæ mulieres frequenter
per eam intrant. Porta illa quæ est iuxta eam, &
quæ uadit per porticale iuxta Veronicam dicitur
porta Guidonea, quoniam guidones qui duce=
bant Oratores uenientes per porticale quod est
iuxta Nolarium maius frequenter per eam in=
trabant; unde usque ad nostra tempora faculæ
uel cerei ibi uendebantur.

Nolariũ idest cãpanile.

¶ Alia memoria tempore Alex^{ri}. III.

Ex libro ualde antiquo nº 933. Bibliothecæ Vati=
canæ supra citato tempore Alexandri tertij habe=
tur dictam Sanctam Reliquiam esse tunc in Ba=
silica S. Petri iuxta ualuas portæ introitus dextera.

¶ Anno domini Millesimo centesimo no=nagesimo secundo.

In Ciborio præfato, in quo dictum Sacrosanctum
sudarium seruabatur, in portis æneis ipsam re=
liquiam claudentibus ab infrascripto summo Ponti=
fice factis pro maiori custodia, quæ hodie asseruã=
tur in fabrica sancti Petri inter instrumenta fa=
brilia legitur incisum nomen Cælestini Tertij Pon=
tificis maximi, qui ut claræ memoriæ Virginius
Vrsinus secundus Brachiani Dux in suo tabu=
lario inuenit fuit è nobilissª. Vrsinorũ gentè.
In

In uita Innocentij Tertij in Archiuo Vaticano
fol. 75. et 76. fit mentio quod Cælestinus Tertius
fuit de domo Vrsinorum ex Paterna linea Petri
Bobonis; ex materna uero linea fuit de domo Ro=
mani de Scorta. Cælestini Tertij nepotes Innocẽ=
tij tertij affines fuerunt; eidemq. ob ueteres æmu=
lationes præsertim super terram quam nomine pi=
gnoris ab Ecclesia Romana tenebant, Vicouaro=
nis, Pandellæ, & Cantalupi fuerunt infensi ad=
hærendo Viterbiensibus Ecclesiæ hostibus; in quo=
rum bello Neapoleo cum Burgundione captus
in arce Suriana, postmodum Laterani detentus;
inita tandem pace liberatur. Sub Innocentio se=
cundo ut in bulla eiusdem ad Balduinum Archie=
piscopum Pisanum sub datũ Laterani anno 1138
Indictione prima cum subscriptionibus Papæ &
Cardinalium & nouem subdiaconorum sacri
Palatij, ac Episcopi Papiensis & Diaconorum Car=
dinaliũ, ac Baronis Subdiaconi sacri Palatij &
Prioris scholæ Crucis, fit mentio quod Cælestinus
Tertius ante Pontificatum fuit Prior subdiaco=
norum sacri palatij. Riccardus Monachus Clu=
niacensis de uitis Pontificũ in Vaticano sic scri=
bit. Cælestinus tertius Romanus dictus Jacintus Dia=
conus Cardinalis uir grandeuus & gratiosus etc.
Romualdus Archiepiscopus Salernitanus qui uixit
sub Alexandro tertio uir doctus præsertim medi=
cinæ facultatis ut habetur fol. 261. in Vaticano
in negotio componendæ pacis inter Alexandrũ
Pontificem & Federicum Imperatorem multos
nominat, nempe Gulielmum Marchisellam Fer=
rariensem fol. 277. Cencium Cappellum Cardi=
nalem, Petrum de Bona Cardinalem, Alber=
tũ

Ex Archi=uo Pontifi=cio Vaticano. In uita In=nocentij III.

Theodinus de Arrone Cardinalis.

Albertum Gambaram Brixiensem fol. 203. Gerar=
dum Pestam Mediolanen' fol. 204. Jacintum Cardi=
nalem, Theodinum de Arrone Cardinalem, Guliel=
mum de Papia Cardinalem Portuensem, & Joan=
nem Neapolitanum etiam Cardinalem fol. 283. &
284. & 288. In Cælestini gratiam & si extra rem
hæc, satis dicta. Fenestra igitur ubi dictæ por=
tæ erant in latitudine palmos tres, in altitudine
palmos quatuor habebat, portæ æneæ altæ sunt
palmis tribus, latæ palmis duobus; in quibus hæ
litteræ incisæ sunt.

CELESTINVS . PP. III . FECIT
FIERI . HOC . OPVS . PONTI
FICATVS . SVI . ANNO . VII :
VBERT⁹ PLACENT⁹ FE
CIT . AS . IANVAS .

Anno domini MCCIIII.

IN uita Innocentij tertij de Sudario Veronicæ hæc
habentur; Quæ quidem uita statim post Innocen=
tij obitum ex antiquitate caracterum scripta esse
uidetur, & asseruatur in Archiuo Pontificio
Vaticano. In p̄to igitur libro fol. 58. legitur So=
lemnis cæremonia coronationis Petri Regis Ara=
gonum in Ecclesia Sancti Pancratij extra portam
aureliam ab Innocentio tertio celebrata, qui post
coronationem indutus manto, colobio, sceptro &
pomo cum corona & mitra ad Basilicam sancti
Petri maxima pompa processit una cum Sanctis=
simo Innocentio Tertio Summo Pontifice festo die
Sancti Martini Anno MCCIIII. præstito prius in
ip=

ipsa Sancti Pancratij Ecclesia hoc iuramento.
Ego Petrus Aragonum Rex profiteor & polli=
ceor quod semper ero fidelis & obediens Dn̄o meo
Papæ Innocentio & Ecclesiæ Romanæ, Regnumq;
meum in ipsius obedientia fideliter conseruabo
defendens fidem Catholicam, & persequens hære=
ticam prauitatem; libertatem & immunitatē Ec=
clesiarum custodiam & earum iura defendam
in omni terra meæ potestati subiecta, pacem &
iustitiam seruare studebo. Sic me Deus adiuuet
et sancta Dei Euangelia. Deinde præfatus Rex
cum multo laudis præconio & fauoris applausu
coronatus redijt iuxta dn̄um papam ad Basilicā
sancti petri super cuius altare sceptrum & dia=
dema deposuit, & de manu eiusdem Dn̄i Papæ
militarem ensem accepit; Regnumq; suum Bea=
to Petro Apostolorum Principi obtulit, illudq; sibi
constituit Censuale per priuilegij paginam quam
eidem dn̄o Papæ tradidit secus ipsum altare, cu=
ius tenor talis est. CVM corde credam &
ore confitear, quod Romanus Pontifex qui est
Beati Petri successor, Vicarius sit illius per quē
Reges regnant, & principes principantur, qui do=
minatur in Regno hominum, & cui uoluerit da=
bit illud EGO PETRVS Dei gratia Rex
Aragonum, Comes Barchinoni, & Comes Montis
Pessulani cupiens principaliter Petrus Domini
Beati Petri & Apostolicæ Sedis protectione muni=
ri, tibi Reuerentissime Pater et Domine Summe
Pontifex Innocenti, & per te Sacrosanctæ Roma=
næ Ecclesiæ offero Regnum meum, illudq; tibi et
successoribus tuis in perpetuum diuini amoris
intuitu pro remedio animæ meæ & progeni=
to=

progenitorum meorum constituo censuale, ut an=
nuatim de camera Regis ducentum quingua=
ginta Massamutinæ Apostolicæ sedi reddan=
tur. Et Ego & successores mei specialiter ei fide=
les & obnoxij teneamur. Hac lege perpetua ser=
uandum fore decerno, quia spero firmiter et con=
fido, quod tu et successores tui me & successores
meos & Regnum prædictum auctoritate Aposto=
lica defendetis præsertim cum ex multo deuotionis
affectu me ad Sedem Apostolicam accedentē tuis
quasi Beati Petri manibus in Regem duxeritis
solemniter coronandum. Vt autem hæc Re=
galis concessio inuiolabilem obtineat firmitatem,
eam de consilio procerum Curiæ meæ præsentē
uenerabili Patre meo Arelatense Archiepiscopo,
& Sancio patruo meo, & Hugone de Baucio,
et Arnaldo de Focion' Baronibus meis, sigilli
mei feci munimine roborari. Actum Romæ apud
Sanctum Petrum anno Dnicæ Incarnationis Mil=
lesimo ducentesimo quarto, tertio Idus Nouem=
bris, anno Regni mei octauo. ¶ Sicut Petrus Rex
Aragonum regio diademate coronatus iuxta
Innocentium papam solemniter equitantes per
Vrbem mediam ad Vaticanam Basilicam proces=
serunt; ita Ludouicus secundus Andegauensis Nea=
politanus Rex iuxta Joannem XXIIJ. ab eadē
Ecclesia Sancti Pancratij etiam solemniter equi=
tarunt per fræni lora Pontificis equum ducens
à Vaticani Fori limine ad scalas usq. Basilicę, de
qua re suo loco dicetur. ¶ Massamutinus &
Bizantius eiusdem sunt valoris; nam massa=
mutinus valet duas partes unius Floreni au=
ri, ita quod ex Julijs quindecim Massamutinus
va=

Petrus Rex Aragonum cum Innocētio III. & Ludouicus II. Rex Neapolis cū Joanne XXIII. solemniter in Vrbe equitarunt.

valet Julios decem, Ex libro Demetrij Guaselli
in Basilica Sancti Petri in fine. ¶ Antequam Pe=
trus Rex Roma abiret Christi sudarium in Ve=
ronicæ uelo diuinitus impressum humiliter ado=
rauit, ceterasq. Vaticanæ Basilicæ sanctas Re=
liquias ueneratus est, Templisque Vrbis perlu=
stratis Aptica benedictione munitus ad Basilicam
Sancti Pauli per Tiberim conscensis triremibus in
Regnum suum repedauit.

¶ De ingressu dicti Petri Regis Aragonū in Vrbem pta Innocentij III. uita fol. 68. his uerbis ita habetur.

Anno VIJ. Pontificatus dni Innocentij Papæ Ter=
tij mense Nouembris Petrus Rex Aragonū ad
Apostolicam Sedem accessit, ut ab eodem dno Pa=
pa militare cingulum & regium acciperet dia=
dema. Venit autem per mare cum quinque ga=
leis & applicuit apud Insulam inter Portum et
Hostiam adducens secum Arelatensem Archiepis=
copum, Præpositum Magalonensem cum quibus
interfuit Electus Montis Maioris, & alij quidam
Clerici nobiles & prudentes, proceres quoq. secum
adduxit Sanctum alias Sancium patruum suū,
Hugonem de Baucio, Rogelinum de Martilia,
Arnaldum de Focion', et alios multos nobiles &
potentes. Missis autem ad illum equitatibus &
somarijs pene ducentis fecit eum apud Sanctū
Petrum ad præsentiam suam idem dns Papa ve=
nire, mittens in occursum ipsius quosdam Car=
dinales, Senatorem Vrbis, et alios multos nobi=
les & magnates, fecitq. illum apud Sanctū Pe=
trum in domo Canonicorum honorabiliter hos=
pitari. Tertia uero die in festo uidelicet San=
cti

Sancti Martini ptus dñs papa cũ Episcopis, Presby=
teris, & Diaconibus Cardinalibus . . Primicerio et
cantoribus, Senatore, Justitiarijs, Judicibus, Ad=
uocatis, & scriniarijs, multisq. nobilibus ac popu=
lo copioso ad Monasterium sancti Pancratij mar=
tyris propè Transtiberim est profectus; ibique ptum
Regem per manus Petri Portuensis Episcopi fecit
inungi, quem postmodum ipse manu propria co=
ronauit, largiens ei regalia insignia uniuersa,
mantum uidelicet & colobium, sceptrum &
pomum, coronam et mitram; corporale ab eo
recipiens iuramentum, cuius tenor supra de=
scribitur.

Petrus Gal=
locia Roma=
nus Car=
dinalis Por=
tuensis.

¶ Anno Domini MCCVII.

ERant in ciuitate Leoniana hæ scholæ Peregrinorũ,
quæ, ut inquit Anastasius, occurrerunt Carolo
Magno ad pontem Aemilium seu Moluium sub Leo=
ne tertio fol. 182. in vigilia Sancti Andreæ cũ Clero,
optimatibus, militia, populo Romano, Sanctimonialibus,
Diaconissis, nobilissimis matronis cum signis & ban=
dis & canticis Spiritualibus ad illum suscipiendum,
& ad Basilicam Sancti Petri deducendum; Franco=
rum in Ecclesia sancti Saluatoris in Magello uel Ma=
cello ita appellata in priuilegio Caroli Magni in Ar=
chiuo Sancti Petri sic dicta propter occisiones mar=
tyrum, qui in maximo numero sub Neroniano
gladio in hortis eius passi sunt, de quibus Tacitus
libro XV. quæ adhuc uisitur inclusa palatio San=
cti Officij. Frisonum in Ecclesia Sancti Michaelis in Mõ=
te Palatiolo iuxta ædes Cæsionum. Saxonum in Ecca.
Sancti Spiritus, & Langobardorum in Ecclesia sancti
Justini in monte Saccorum corrupto uocabulo pro mõ=
te Saxonum rupe scilicet Sancti Spiritus in Saxia,
cu=

cuius Ecclesiæ uestigia hodie non extant. Inter
has satis celebris erat schola Saxonum seu Anglosa=
xonum, cuius Ecclesiam Leo IIII. in honorem Dei=
paræ Virginis ex Anastasio fol. 285. à fundamen=
tis restituit; In scrutinio, Baptismo, processionibus, &
chrismatis confectione per papalia priuilegia Innocen=
tij tertij, & Gregorij noni Basilicæ Vaticanæ subiectã.
Hanc deinde Ecclesiam idem Innocentius sicut in
eiusdem Summi Pontificis uita legitur tradidit
Rectori & fratribus sub nomine Sancti Spiritus, quos
secundum Beati Augustini arctam regulam cum ie=
iunio certis diebus cuiuslibet hebdomadis, ac mini=
sterio infirmorum, paupertate & sine proprio, poe=
nis, poenitentijsq. districte inflictis, in eadem ipse
Summus Pontifex instituerat, volens ut in hospi=
tali quod ibi magnifice construxerat, misericordiæ
opera christiana pietate exercerent, atq. pro emẽ=
dis possessionibus ad opus hospitalis eiusdem mille
argenti marchas donauit; ex quibus sexcentæ
marchæ fuerunt in vasis, et 400. in plactis auri
Regis, & mille centum libras prouenientes. In
ipsa Ecclesia Nuptiarum dominica solemnẽ insti=
tuit Stationem, mandans ut Sudariũ Jesu Christi
à Beati Petri Basilica per eiusdem Canonicos ad
eandem processione deportaretur. Cuius rei
gratia extant litteræ pontificiæ dicti Innocentij
plumbeo signo munitæ in Archiuo pti hospitalis
huiusmodi sub tenore. quæ epla etiam habetr.
in libro Sermonum eiusdem Innocentij impresso,
Dominica prima post Epiphaniam.

INNOCENTIUS. EPISCO=
PUS. SERUUS. SERUORum
DEI

DECI. Dilectis filijs Rectori & fratribus ho=
spitalis Sancti Spiritus in saxia. Salutem & Apo=
stolicam benedictionem.

AD commemorandas nuptias salutares, quæ in con=
uersione peccatoris moraliter celebrantur inter Spi=
ritum hominis & gratiam Conditoris, ex quibus af=
fectus & actiones tamquam filij & filiæ generan=
tur; Dominica prima post Octauam Epiphaniæ
quando illud legitur Euangeliũ, quod Jesus cum
discipulis suis in Chana Galileæ ubi mater ipsi=
us inuitatus ad nuptias aquam conuertit in uinũ
solemnem apud hospitale vestrum instituimus Sta=
tionem, in quo uos ex institutione nostra diuino
estis obsequio mancipati; ea potissimum ratione
quod in illis nuptijs sex hidriæ secundum purifi=
cationem Judæorum fuisse narrantur. & quidẽ
in hoc hospitali tamquam in Chana Galileæ lo=
co uidelicet ubi zelus est transmigrandi de uitijs
ad uirtutes positæ sunt sex hidriæ, idest sex opera
misericordiæ instituta, quæ sunt pascere esurien=
tem, potare sitientem, colligere hospitem, uestire
nudum, uisitare infirmum, & incarceratum
adire. Ad purificationem utique Judæorum, ut per
illa uidelicet confitentes à vitijs expientur. Istæ uero
sex hidriæ usque ad summum implentur, quando illa
sex opera misericordiæ ad perfectum usque geruntur.
& ex aqua fit uinum, cum ex merito eleemosynæ
uis accenditur caritatis. Quia uero Jesus cum di=
scipulis suis ad has nuptias in Chana Galileæ, ubi
mater eius erat legitur inuitatus; ideirco rationa=
biliter instituimus, ut effigies Jesu xpi à Beati Pe=
tri Basilica per eiusdem Canonicos ad dictum ho=
spitale, ubi memoria gloriosissimæ Matris eius re=
co=

recolitur infra capsam ex auro & argento et
lapidibus preciosis ad hoc specialiter fabrefactam
uenerabiliter deportetur fidelibus populis qui ad
has nuptias celebrandas deuote conuenerint de=
siderabiliter ostendenda. Vt autem nos qui Dño
reuelante uenerandum alijs aperuimus sacramẽ=
tum, eo etiam inspirante imitandum alijs præbea=
mus exemplum, concedimus, statuimus, & iube=
mus ut pro mille pauperibus extrinsecus aduen=
tantibus & trecentis personis intus degentibus
decem septem libræ usualis monetæ, ut singuli
accipiant tres denarios unum pro pane, alte=
rum pro uino, aliumque pro carne ab eleemo=
synario Summi Pontificis annuatim uobis in per=
petuum tribuantur; & Canonicis supradictis,
qui præscriptam effigiem Saluatoris processiona=
liter deportabunt singulis duodecim nummi;
& cereus unius libræ, qui deferatur accensus
De oblationibus Confessionis Beati Petri præsten=
tur. Quia uero non in solo pane uiuit homo,
sed in omni uerbo quod procedit de ore Dei, de=
bet huic stationi Romanus Pontifex cum suis Car=
dinalibus interesse, vt & Missarum solemnia ibi
celebret, & exhortatorium faciat de hac cele=
britate sermonem. Neue fidelis populus fameli=
cus ab ijs nuptijs reuertatur præter materialem
& doctrinalem, spiritualem quoque sibi cibum
impendat, remissionem unius anni de iniunctis
sibi poenitentijs indulgendo. Monemus igitur &
obsecramus successores nostros per Christum Jesũ
qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, vt
hanc institutionem quæ ipso teste de pietatis fon=
te processit, faciant inuiolabiliter obseruare
sub

folio.133. à tergo uide appendicem immediate scribendā post hanc Innocentij tertij bullam inaduertenter prætermissam.

Sub obtestatione diuini iudicij prohibentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, constitutionis, & iussionis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum tertio nonas Januarij Pontificatus nostri anno decimo. Locus ✠ plumbi.

II Breuis declaratio librarum & solidorum in dicta constitutione Innocentij Tertij expressorum, ac nummorū & denariorum.

Supradictæ decem septem libræ usualis monetæ erant scuta auri in auro triginta quatuor, colligitur ex pluribus obseruationibus à me factis ex scripturis Archiui ptē Basilicæ. Solidi de quibus infra ualoris erant bononenorum siue obolorum duodecim semis pro quolibet. Decem solidi argentei conficiebant nummum aureum Juliorum decem b 25. Quatuor nummi argentei erant unus solidus. Nummus ualoris erat trium obolorum seu denariorum. Triginta solidi ualebant marcham unam argenti puri sunt scuta tria bol. 75. ita habetur folio. 71. in libro antiquissimo manuscripto in membranis Callisti papæ secundi de uita Sancti Jacobi maioris in Bibliotheca s. Petri sermone de electione Sancti Jacobi & translatione corporis eius; & ex multis locis bullæ Nicolai tertij Statutorū dictæ Basilicæ præsertim in fine, ubi mandat ut tres Beneficiati quotidie tres missas in sacello Sancti Nicolai in eadem Basilica ab se magnifice erecto celebrarent, quilibet perciperet pro missa celebrata sex denarios, & minister denarios tres. Quæ eleemosyna magna erat illis diebus bol. 6. cum hodie sacerdoti erogentur bol. septem semis, et ad summum denarij decem nempe Julius unus. Ex uita Innocentij tertij colligitur Marcham esse maiorem dictorum scutorum trium b 75. et etiā v 5. b 75. secundum notam ualoris monetarum in fine huius libri appositam. Nam ipse Pontifex donauit Ecclesijs pauperibus Vrbis calices argenteos, in quo opere absumpsit pondus centum marcharum; ecclesiæ autem fuerunt CXXXIII. De libris ipsis prouenientiū Senatus diffuse agitur in libro Cencij Camerarij Romanæ Ecclesiæ qui postea Honorius Tertius Sabellus dictus est; cum folio 80. in Archiuo Pontificio Vaticano asseruato, describit iter Summi Pontificis à Basilica s. Petri ad Lateranū quo coronatus solemniter equitabat; erogatur presbyterio diuersis personis & facientibus arcus librarum XXXV. sunt scuta auri in auro LXX. In cap. quid debeat dn̄s Papa facere in secunda die Paschæ: coronabatur in capite graduū s. Petri, deinde solemniter equitabat ad Lateranum per uiam Papæ usque ad uiam de calcararijs & domum Cencij Musca in pugno quæ hodie etiam est familiæ Cinciæ ubi est cloaca, et transeūdo ante Ecclesiam s. Nicolai usq; ad amigdalam, ibi hodie est ulmus cloacæ magnæ Mattheiorū; ab amigdala ad s. Laurentiū Pensilem hodie s. Saluator Polonorū; hinc ad porticum s. Marci & angulum quatuor columnarū hodie Macellum Coruinorum; deinde per cliuū argentarij ad arcum de Miranda, & inde ad Turrim Comitū tunc de Cartularia Fraiapanorū dictā, in qua Alexander Tertius se recepit fugiens ingens periculum Friderici Imperatoris Romam hostiliter ingressi, & hinc in habitu peregrini Caietam aufugit, ut narrat Romualdus Salernitanus; postea ad s. Nicolaū de Colliseo, quæ for-

forte est illa hodie profanata iuxta Colloseū; à sancto
Nicolao de Colliseo usq. ad S. Mariam de Ferrarijs; de=
inde ad domum Joannis papæ, hæc domus fuit ibi usq.
ad tempora Pij IIII. quam imperitus uulgus uocitabat do=
mum Joannis fœminæ papæ; & erat non longe ab eccle=
sia S. Clementis, deinde usq. ad angulum S. Clementis &
ab angulo usq. ad palatiū Lateranense. Senescalcus ad
dimouendum populum iactus pecuniarū faciebat in
Turri Stephani ser Petri in capite Parionis; in palatio Cencij
Musca in pugno ex fenestris dicti palatij; ad S. Marcum, et
ad S. Hadrianum ex palatio Sanctæ Martinæ. occurrebāt
Judæi summo Pontifici cum lege ante prope turrim Stephani
S. Petri in capite parionis. De Innocentio III. hoc in eius
allegata uita legitur de seditiosis aliquibus Romanis po=
tentibus. Sed ipsi prauo ducti consilio cœperunt non solū
contra Riccardum dñi papæ germanū, uerum etiam contra
dnūm papam multa confingere falsa, ut quasi sub specie pie=
tatis clamorem populi concitarent; itaquod nudati per Urbem
frequenter cum Crucibus ad Ecclesiam discurrebant. Et licet
prohibiti fuissent à dño papa ne contra ipsū tale aliquod attē=
tarent, ab incœpto tamen desistere noluerunt, sed peiora
peioribus attentantes secunda feria post pascha tumultū &
seditionem populi concitarunt, itaquod blasphemis clamo=
ribus incessanter emissis in ipsa B. Petri Basilica diuinum
officiū perturbarunt, & cum de more ipse summus Pontifex
coronatus reuerteretur per Urbem insidias & iniurias
multas sustinuit atq. magnas; ipse uero placido uultu
procedebat intrepidus nullum pauoris aut commotionis
signum ostendens, quia conscientiam habebat liberam
et securam. In uita eiusdem Innocentij habetur,
quod pro subsidio terræ sanctæ fecit nouam nauē
pro qua cum armamentis suis mille trecentas libras
expendit, & iussit eam onerari frumento pro
Sub=

Domus an=
gularis Cen=
cij Musca in
pugno est
[illegible]
[illegible] S. Ni=
colai à Caesarinis
Domus Ste=
phani Sci
Petri est
[illegible]
[illegible]
Campi in
capite Pario=
nis [illegible]
[illegible]
Gregorij
X

subsidio militum sunt scuta aeri in aero bis mille
sexcenta, hinc colligitur libram hanc magni esse
ualoris. In uita eiusdem Innocentij circa finem. Dabat
nobilibus sigilla, ut per eos qui ipsa referrent singulis heb=
domadibus pecuniam destinaret ad uictum, et sæpissime
talibus XV. libras per hebdomadam impendebat. Ex
uita Innoc. III. in principio. Innocentius III. cum multa cor=
dis compunctione & lacrymarum effusione consecrationē rece=
pit cui interfuerunt iiij. Archiepi, epi 28. presbyteri VI. & no=
uem diaconi Cardinales, & X. Abbates cum quibus omnibus
& tam Priore cū subdiaconis, quàm Primicerio cum Cantoribus,
necnon Judicibus, Aduocatis, & Senatoribus & ceteris scholis pro=
cessit solemniter coronatus per Urbem à Basilica S. Petri ad
Lateranense Palatiū comitantibus Præfecto & Senatore cum
magnatibus & nobilibus Urbis multisq. capitaneis & consuli=
bus ac rectoribus ciuitatū, Clerus cum thuribulis & incenso,
populus cum palmis & floribus utrimq. cū hymnis & canti=
cis sparsis de more missilibus obuiam illi cateruatim ue=
nerunt. Factaq. laude tam infra Ecclesiam S. Petri, quam
ante Lateranense Palatiū postquam ascendit in domū maio=
rem quæ Leoniana uocatur, presbyterio per ordinem distri=
buto solemne conuiuiū celebrauit. Ex Cæremoniale
Gregorij X. in Bibliotheca Vaticana de electione noui
Pontificis. Recipit Papa de manu Camerarij denarios ar=
genteos ualentes X. solidos prouenientes & proicit super
populum ter dicendo, dispersit dedit pauperibus &. Ex dicto
cæremoniale. Si dñs papa consecratur uel eligitur extra
Urbem cum uenerit Romam ad Cappellam S. Mariæ Mag=
dalenæ ad radicem Montis Mali, descendit & intrat cū
Cardinalibus ipsam Cappellam & ibi recipit pluuiale & mi=
tram & postea equitat & procedit, & Judæi sibi occur=
runt cum lege et laudibus, & ueniunt omnes Clerici
induti cum crucibus & uexillis & thuribulis cū capsa,
cū

[illegible]

Capp.la S. Mariæ
Magdalenæ
ad radicē Mō=
tis Marij tem=
pore Gregorij
X.

cum thure, et quaelibet Ecc.a occurrit ipsi Papae cum thu=
ribulo, Papa imponit incensum, et illi incensant papam, et
ita faciunt omnes Ecc.ae ¶ Ex Romualdo Salernitano Ar=
chiepiscopo fol. 263. Fridericus iuxta Ecclesiam S. Petri sua
castra locauit, Romani uero tum pro morte parentum suorum,
tum quia multi ex eis ab Imperatore capti detinebantur
ei resistere non potuerunt, unde Imperator hac occasione
inuenta armata manu Ecclesiam B. Petri uiolenter inua=
sit, porticum quae erat ante Ecclesiam comburi fecit, Gui=
donem Cremensem in Ecclesiam induxit, et eum ibidem Mis=
sam canere fecit. Quo cognito Alexander Papa qui tunc
in Turri Cartulariae morabatur in habitu Peregrini cum
paucis Vrbem exijt, et Gayetam usque peruenit, et
ibi assumpto Pontificali habitu Beneuentum ueniens à ci=
uibus eiusdem ciuitatis honorifice est susceptus. Deus autem
iniuriam Ap.to Petro illatam, et Ecclesiae suae uiolationem
condigna poena multauit; nam in continenti mortalitas
maxima Exercitum Imperatoris inuasit, itaquod Cancellarius,
Carolus Chunradi filius, et multi nobiles, et maxima pars exer=
citus sui breui spatio temporis interijt; quod Imperator
uidens et Dei uindictam manifeste cognoscens relicto
apud Vrbem Praefecto uix cum paucis tristis et maerens
in Alamanniam redijt. Sed ut ad rem redeam à
qua multum digressus fui. Pro mille et trecentis per=
sonis largienda singulis tres denarios seu obolos ut
in dicta constitutione habetur, conficiebant summam scu=
torum XXXIX. monetae, et dictae XVII. librae, ut dictum
est, sunt auri in auro sacta XXXIIII. ad Julios XIJ semis
pro scuto; sic satis superque erat huiusmodi eleemosina, si=
cut etiam sufficiebant illis temporibus dicti denarij tres seu
oboli ad panem, uinum, et carnem pro eas emendas. ¶ Haec
Statio cum processione Sudarij usque ad Bonifacium octa=
uum durauit. Mortuo Bonifacio et Sede in Gallias
trans=

translata usu esse desijt, Roma propter domini sui
absentiam damnosam in situ et squalore sedente per
annos LXX et ultra.

¶ Anno Domini MCCXXIJ.

In Bibliotheca Pontificia Vaticana in Regestis Honorij Tertij
fit mentio dictae processionis Sanctissimi Sudarij quolibet anno
Dominica prima post Octauam Epiphaniae à Basilica San=
cti Petri ad hospitale Sancti Spiritus cum interuentu Papae et
Cardinalium, ac datione eleemosynarum pro mille pauperi=
bus ut supra dicitur. Ex eius Regesto anni septimi, pag.a
64. n.o 203. sub dat. Signiae 3.o Nonas Julij anno Vij. sunt
autem directae, Rectori et fratribus hospitalis S. Spiritus in
Saxia et incipiunt. Ad commemorandas nuptias salu=
tares &c. quae litterae cum sint ijsdemmet uerbis, quibus su=
pradictae Innocentij iij. sunt exaratae, ne scriptura duplice=
tur, consulto hic omittuntur.

¶ Anno domini MCCXXIIII.

Ex uita Innocentij Tertij in Bibliotheca Vaticana
habetur Ep.la ad Gregorium Armenorum Catholicum et Leo=
nem Regem minoris Armeniae. Item subsidium Christia=
norum in auxilium Antiochiae XX millium Bisantiorum
sunt sacta Papalis monetae XXX millia; nam Bisantius
ualet duas partes unius Floreni, ex Julijs XV. Bi=
zantius ualet Julios X. idest scutum unum ex nota mone=
tarum in fine huius libri. Item litterae Joannis Catho=
lici Armeniae ad Reuerendissimum Innocentium
Papam Tertium super negotio Antiochiae ¶ Hic Jo=
annes Armenorum Patriarcha fuit Romae anno
MCCXXIIII. et honorifice apud Basilicam Sancti
Petri in Palatio Apostolico ab Honorio Tertio summo
Pontifice excipitur unà cum centum quinquagin=
ta personis, Ecclesiasticis, Episcopis, Monachis et alijs,
prout notat Gregorius scriptor Euangelistarij et
Epi=

Epistolarij in bambacino armeno caractere ut uocant Polorchir fol. 277. & 278. Bibliothecæ Basilicæ S. Petri, qui narrat scripsisse dictum codicem anno Imperij Turcarum 670. tempore Leonis Armeni, et Patriarchæ dñi Joannis, qui Leo Rex regnabat in Cilicia. Hanc annotationem in Armeno exaratam interpretatus est Joannes Coppus Archiepiscopus Dersinensis in maiori Armenia, sedente Clemente octauo Pontifice Maximo. Dicto Joanni Patriarchæ & centum quinquaginta personis in suo comitatu antequam Roma abirent sacrosanctum Sudarium Veronicæ uenerabiliter ostensum fuit; atq sanctissimi Honorij Tertij Pontificis Maximi pedibus deosculatis & sacra benedictione accepta spirituali gaudio & consolatione uir insignis & religiosissimus Joannes Patriarcha cum suis Episcopis, Monachis, et alijs in Armeniam redijt.

Anno Domini MCCLIIII

ALEXANDER Quartus Pontifex Maximus año 1254 & primo sui Pontificatus confirmauit supradictas litteras tam Innocentij Tertij institutoris, quam Honorij Tertij, & Gregorij Noni Summorum Pontificũ, ut constat ex regesto eiusdem Alexandri anno primo nº. 189. fol. 24. sub Dat. Neapoli Kalendis Martij anno primo directa est bulla Accursimbono Rectori & fratribus hospitalis sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, et incipit Ad commemorandas nuptias, ac utitur ijsdem uerbis, quibus extat bulla Innocentij tertij & Honorij tertij, sed addit præter confirmationem hæc uerba. Necnon de eisdem oblationibus [scilicet Confessionis Beati Petri] centum solidi per dictum eleemosynarium pro eorundem Canonicorum effigiem ipsam deportantium refectione sumantur &c. ut in dicta Bibliotheca Va=

Vaticana apparet. Ex his litteris colligitur præter dictam distributionem duodecim nummorum et cerei unius libræ pro quolibet Canonico additos fuisse centum solidos ab eodem Alexandro Canonicis ipsis pro eorundem refectione, sunt monetæ scuta duodecim semis.

Anno Domini MCCLXVIII.

Ex Regesto litterarum Clementis Quarti, anni quarti in Bibliotheca Pontificia Vaticana pagina 78. habetur Epistola eiusdem Clementis, quæ incipit, Ab antiquis retro temporibus &c. directa Joanni Annibaldo proconsuli Romanorũ, sub Dat. Viterbij V. nonas Maij anno quarto. In qua agit de expoliatione Ecclesiarũ facta à fautoribus Corradini nepotis quondam Friderici secundi Romanorũ Imperatoris, propter occupationem Regni Siciliæ per eũ nequiter attentatam. Contra eundem & fautores ac adiutores ipsius idem Pontifex diuersa monitionis & inhibitionis præcepta, processus, sententias, & poenas protulit & inflixit. Fautores & adiutores ipsius qui Ecclesiæ Romanæ subiecti essent dominio temporali præter alias poenas ipsas bonorum suorum omniũ amissione mulctauit; & ea suo & ipsius Ecclesiæ dominio applicauit. Agit igitur de expoliatione Ecclesiarũ à dictis fautoribus facta in hæc uerba. Hic est siquidem quod non leuiter nos conturbat, non mediocri nostrum, uel fratrum nostrorum animos pungit doloris aculeo, quod in Vrbe tam clari nominis obscuratum uidetur aurum & color optimus immutatus, dum in ipsa mutatis legibus, & Juris fædere dissipato, spoliantur Ecclesiæ, rapiuntur deposita, male tractantur Clerici, carceri mancipantur: quæ, quamuis sapientibus displicere credamus, magnam tamen gloriam ponunt maculam, dum ea fieri patiuntur.

Quid

Thesaurus Vrbis Sudariũ & capita Apostolorũ.

Quid enim superest, nisi ut ipsa VERONICA
cum Apostolorum capitibus transportetur, & Vrbs
tanto spoliata thesauro confusionis induta diploi=
de habeat in æternum quod lugeat, & à tantis
dilapsa divitijs non adijciat in perpetuum ut resurgat.

Anno Domini MCCLXXj.

Ex bulla plumbata Gregorij Papæ decimi in Ar=
chivo dictæ Basilicæ capsula V. fasciculo x.

GREGORIUS EPISCOPUS servus servorũ Dei.
Dilectis filijs Capitulo Basilicæ Principis Apostolorũ de
Vrbe, salutem & Apostolicam benedictionem. Venientia
ex devotionis zelo vota salutaria dilectæ in Xpo filiæ
nobilis mulieris Verdæ Comitissæ de Lumello favo=
re Apostolico prosequentes, universitati vestræ præsentium
tenore mandamus, quatenus eidem Comitissæ, ad
Vrbem personaliter accedenti, ac personis in societate
suam existentibus, effigiei sacræ Dominicæ Sudariũ,
quando inde fueritis requisiti cum ea qua decet re=
verentia liberaliter ostendatis, ut sua proinde de=
votio augeatur, & Dei beneplacitis studeat prom=
ptius adhærere. Datum apud Vrbem veterẽ XVI.
Kal. Novembris Pontificatus nostri anno primo. Lo=
cus ✝ plumbi.

Anno Domini MCCLXXVI.

In litteris Joannis XXj. plumbo munitis in Archivo eius
Vaticanæ Basilicæ asservatis, atque in Regesto anni pri=
mi n.° 152. in quibus sunt statuta & ordinationes in
eadem Basilica observanda, fit mentio processionis sacro=
sancti Sudarij Veronicæ à dicta Basilica ad hospitale sã
Spiritus per Innocentiũ Tertiũ institutæ. Joannes sum=
mus Pontifex Joannem Vrsinum S. Nicolai in carcere
Tulliano Diaconum Cardinalem virum sapientia, do=
ctrina, & religione præstantissimũ, qui & ipse Nicolaus
Ter=

Tertius dictus est Archipresbyterũ S. Petri crearit
in demortui biennio ante Cardinalis Riccardi Han=
nibaldensis locum, tenuitq. Archipresbyteratũ annũ
unum mensem unũ. Habentur enim litteræ Joannis
p̃ti XXj. in Archivo memorato signatæ plumbo provisionis et
collationis Archipresbyteratus prædicti non obstan' quod idem
Joannes in Eboracensi, Suessionensi, & Laudunensi Ecclesijs
præbendas obtineret, quodq. S. Laurentij & Damasi, & Sci Chry=
sogoni de Vrbe Ecc.ae cum Cappellis subiectis sibi curæ commis=
sæ forent. Dat. Viterbij XV. cal. Novemb. anno p.° Item alias
litteras eiusdem Pontificis ad Canonicos Basilicæ p̃tæ, quibus
mandat recipi eundem Cardinalem in Archipresbyterum
ordinariamq. iurisdictionem in ea dedisse declarant hæc
verba. Attendentes itaq. nobis nobis non incognitæ
merendo dilecti filij nostri Joannis Sancti Nicolai in carce=
re Tulliano Diaconi Cardinalis Archip̃bri prædictæ Basilicæ,
magnitudinem bonitatis, quæ à teneris annis de virtutũ
crescentiũ meritis continua famæ incrementa suscepit; quodq.
dator bonorum omniũ ipsum illius circumspectionis emi=
nentia insigniuit quod novenit recensere præterita, præ=
sentia prudenter disponere, ac futura consultius provide=
re. & propter hoc confidenter omnes curæ ipsius Basi=
licæ, quæ nec dinoscitur indigere regimine ipsius robustis
humeris grandiora perferre solitis imponentes, eidem Car=
dinali, ut per se vel aliũ seu alios in ipsa Basilica, necnon
& Ecclesijs Collegiatis & alijs ac monasterijs & priorati=
bus Basilicæ p̃dictæ subiectis evellat, destruat, dissipet & dis=
perdat, ædificet & plantet, ordinet, corrigat, reformet sta=
tuat & disponat, prout & quando & quoties viderit ex=
pedire. Dat. Viterbij XV. cal. 9bris Pontus anno p.° Archi=
presbyterali dignitate suscepta ad Canonicos & Capitu=
lum huiusmodi litteras transmisit, quarũ originale
in pergameno in dicto Archivo asservatur. Hæc
qui=

quidem ad Sudariū minime faciunt; sed ad memoriā
optimi benefactoris & Vrsinæ domus, ex benignitate
lectoris hic apponere placuit.

Ioannes miseratione diuina sancti Nicolai in
carcere Tulliano Diaconus Cardinalis uiris prouidis
& discretis in Christo sibi carissimis Basilicæ Principis
Apostolorum de Vrbe Canonicis uniuersis in salutis au=
ctore salutem.

DVM nostram insufficientiam quæ ultro se nris
aspectibus exhibet attenta meditatione pensamus;
dum multiplices curas & gubernatiões uarias imbecillibus
nris impositas humeris intra nrum armariolum pectoris
recensemus, non minus ueraciter quàm humiliter confi=
temur manifestam nobis occasionem præberi & causam
sollicitudinum seu curarū multiplicationem; non solum
non affectare pro uoto, sed ex mentis affectu refugere &
subtrahere nos ab ipsis. Si enim ad iam susceptas uel ha=
bitas uires sentimus non posse sufficere, certo certius possu=
mus iudicare nos ex nra uirtute debere in suscipiendis
deficere uel habendis. Sane constanter uobis asserimus
in xpo carissimi, quod dum nuper Sanctissimus Pater &
dns Noster Summus Pontifex de conferendo nobis Archipres=
byteratu Basilicæ Principis Apostolorum nræ deuotioni suum
beneplacitum detexisset, præmissa & nonnulla eis simi=
lia in nræ mentis arcana multiplici meditatione reuol=
uimus, timentes non modicum fragilitatem nram oneri
nobis oblato subijcere, ne forsan ipsius oneribus pristinis
additio sarcinæ nos supra nostrum modulum possibili=
tatis oppressos in salutis nræ dispendiū succumbere face=
ret, et non solum ad ipsam utiliter supportandam, sed
ad cætera oneta toleranda nos magis redderet impotētes.
Ad hoc nostra declinabat opinio; ad hoc nostrum dirigeba=
tur omnino iudiciū debilitatis nræ pensando incommoda
&

& nostrarū impotentiam uiriū recensendo. Verum
quia ex manifestis satis & euidentibus causis quas
breuitatis causa præntibus exprimendas non duximus mul=
tæ deuotionis affectu, & multiplicis sinceritatis glutino præ
Basilicæ, quam super omnes Orbis Basilicas reuerentia
grandi prosequimur, uniti sumus & fuimus hactenus nos
et nostri ex singulari dilectione, quam ipsam ex intimis
præcordijs amplexamur, inducti fuimus quodammodo &
coacti non solum ad imbecillitates & insufficientias nras
in hoc casu nostri conuertere aciem intellectus, sed ad Deum
potius erigere oculos mentis nræ, à quo omne datum op=
timum, omnisq. sufficientia dinoscitur prouenire; et
sic in quandam spem erecti quodammodo fuimus, ut si
propter ipsius honorem & Apostolorum reuerentiam Prin=
cipis onus non refugeremus impositū, non solum ipsū nobis
portabile ex ipsius beniuolentia redderetur, sed ad suppor=
tanda priora Nos tanti patroni beati Petri scilicet susful=
tos suffragijs misericordius & benignius adiuuaret. Ve=
re fatemur & dicimus, quod deuotio quam ad tam sacra=
tissimam Basilicam gerimus sic trepidantem ob prius
positas rationes multipliciter nostrum animū roborauit,
quod post deliberationem alicuius temporis etiam cum
uiris alijs Deum (ut nouimus) diligentibus habitam
ausi non fuimus nos ab imposito subtrahere onere; sed
ei nostros de diuina benignitate confisi applicauimus
humeros reuerenter. Ad idem quoq. specialiter nos
induxit affectio quam ad personas uestras habemus, illaq.
dilectio quam ad nos uobis inesse credimus uersa ui=
ce. ex quibus confidimus & speramus in Dno, quod no=
stris salubribus persuasionibus, beneplacitis, & mandatis
ex filiali aquiescentes amore, sic in omnibus Summi
Dei ~~pos~~ propitiante clementia diuinæ coaptare stu=
debitis uoluntati, quod uobis ad salutem, nobis uero
ce=

cedet ad gaudiu, & ceteris in sanctos imitationis
exemplum. Ceterum ad repraesentandas vobis super
praedicti Archipresbyteratus collatione nobisq iurisdictioe
concessa aplicas litteras religiosum virum dilectum in xpo
filiu fratrem Bartholomeum de sancto Gemino ordinis
fratrum minorum ad vos duximus transmittendu, cui
quidem commisimus discretioni vestrae oretenus explicanda,
quem rogamus & petimus à vobis beniuole recipi & beni=
gne audiri: nostrae namq intentionis existit, nostra nō
obstante absentia moras tollere ac intendere concite
circa ea quae salubrem & prosperu ptae Basilicae statum
respiciunt, & personarum degentium in eadem. &
circa super mittendis aliquibus ad nostram priam
iuxta quod ex parte nostra retulerit dictus frater, cu=
retis celeriter prouidere. Demu quia propter tantae
Basilicae pcellentiam in ea cultus diuinus accuratius &
sollicitius agi debet, hoc unum quod ad prs specialiter
insidet cordi nostro, praesentibus duximus exprimendum;
sinceritatem vestram attente monentes & obsecrantes
in Dño Jesu xpo quatenus ob deuotionem & reueren=
tiam quam ad Patronum nostrum Apostolorum sci=
licet verticem in cordibus vestris radicatam habere te=
nemini, extunc talem diligentiam & sollicitudinem
circa diuina officia nocturna pariter & diurna solem=
niter ac deuote prout Dñs dederit in eadem Basilica
celebranda adhibere curetis, quod summo Deo, ipsiusq Aplo
glorioso in laudem cedat & gloriam & in aedificatioem
redundare valeat populi xpiani ad eandem Ecclesiā
in tam numerosa multitudine concurrentis. & qui=
dem circa hoc specialem vobiscum intendimus ha=
bere tractatum, & quae utilia fuerint tam in ijs,
quam alijs bonum statum Ecclesiae, ac personarum
contingentibus diuina fauente virtute, deliberatioē
prae=

praehabita prouide ac efficaciter ordinare. Interim ta=
men volumus & mandamus sic vestrum ad hoc vos effi=
cax conuertere studiu, quod deuotionem vestram exinde
merito commendare possimus in nostrae consolationis aug=
mentum. Datum Viterbij VIJ. Kal. Decembris anno
MCCLXXVJ. Pontificatus dñi Joannis papae XXJ ano
primo.

His litteris insigni dilectione ac pietate conscriptis in prae=
claro Canonicorum coetu recitatis huius optimi & erga Va=
ticanam Basilicam obsequentissimi Principis spes iamdudu
de eo concepta neminem haudquaquā fefellit & ingenti
gaudio maiorisq omine possessione tradita cu reddito respon=
so hos Canonicos è praecipuis Vrbis familijs prudentia ac
doctrina praestantes Capitulum ad eum transmitto &
fuerunt hi; Jacobus de Tostis, Petrus Saracenus, Magister
Paulus de Pennis, Mathias Paparonus, Magister Albertus
de Parma, Angelus Romani, Petrus de Candulphis, Bobo de
Arsulis. His Viterbij honorifice receptis collapso Basilicae
statu ob diuini cultus numerisq deseruientiu diminutio=
nem caritatis zelo proposito ad ea reparanda & amplia=
da unanimi voto decreta quamplura edidit, ac publicis
paginis redacta Joanni Summo Pontifici Aplica auctori=
tate firmanda obtulit. Fuit autem Nicolaus III. ante
Pontificatu Religionis cultor eximius unde non im=
merito in Palatio Vaticano hoc elogio commendatur; à
grauitate scilicet morum compositus dictus; ex libro siqui=
dem Magri Marini de Ebolo fol. 75. Praeficitur Magr
Sanguineus in hospitale S. Andreae iuxta S. Mariam
maiorem de Vrbe, nunc sub vocabulo S. Antonij, de
nouo tunc fundato de bonis bo: me. Petri Capoccij
S. Georgij ad Velum aureum Diaconi Cardinalis cu
hac clausula in fine bullae Volumus autem quod oēs
fratres & sorores, ac o[illegible] & oblatas quos vel quas
in

oblati & oblatas

in eodem hospitale S. Andreæ admitti contigerit tibi tuisq; successoribus obedientiam & reverentiam expresse promittant, quodq; tu & ipse in castitate & sine proprio vivetis etc. Atq; observarent Statuta et ordinationes Joannis S. Nicolai in carcere Tulliano diaconi Cardinalis. Joanne XXI. brevi vita functo is ad Petri sedem evectus edita insigni constitutione quas in Cardinalatu pro Basilica gesserat maiori robore & ampliori privilegio munivit. Electus est Nicolaus iij. Joannes Ursinus in Summum Pontificem qua animi demissione, quibus lacrymis, qua repugnantia declarant litteræ Apostolicæ insinuationis promotionis eius ad Epos & Reges in libro magri Marini de Eboto Innocentij Quarti Vicecancellarij Bibliothecæ Vaticanæ fol. 48 à tergo nº 3976 & incipit Immensæ Deus potentiæ &c. Et infra. Nuper enim fel. rec. Joanne Papa prædecessore nro apud Viterbium ubi tunc cum sua curia residebat ab hac luce subtracto, & ipsius corpore cum exequiarum solemnitate debita tumulato, tandem nos et fratres nri &c. Et infra. Sed demum in die beatæ Catharinæ Missarum solemnijs cum invocatione Sancti Spiritus celebratis ijdem fratres in humilitatem nram, utinam nõ exorbitatem iudicij per viam scrutinij concordantes Nos tunc Sancti Nicolai in carcere Tulliano Diaconum Cardinalem ad conscendendum Aplicæ dignitatis speculam unanimiter elegerunt, nobis vestem poderis universum Orbis ambitum continentes non offerentes tantummodo, sed etiã importuna instantia ingerentes. Verum ut rei gestæ seriem succinctus sermo transeat, nedum defectus eosdem ad humilitatem gestimus exprimere sub humilitatis specie nomen elationis seu qualiscunq instantiæ ingerat seriosa repetitio veritatis. Nos gradus altitudinem. Nos gradus altitudinẽ, & oneris imminentiã tantæ altitudinis assequi mo=

molem nobis in Cardinalatus officio experientiæ longæ participio non ignotam attenta meditatione pensantes, eligentiũ & offerentiũ instantiæ, insufficientiæ nostræ imparitatem obiecimus, debilitatem nostram dictante cõscientia oblatis imparem cum repetita multotiens relaxationis supplicatione humili allegantes. Cumq nec sic cessaret instans fratrum importunitas eorundem, sed vim inferens nostro proposito vehementius Collegij instus urgeret, nosq violentiam patientes clamaremus lacrymis, nec esset quod auditu exauditionis audiret; vociferaremur gemitu, nec foret qui remissionem iniũcti oneris benigno iudicio indulgeret, ad illum oculos mentis ereximus etc.

Anno domini Millesimo ducentesimo Septuagesimo octavo.

In capsula VII. fasciculo 267. in dicto Archivo habetur bulla magna plumbata Nicolai Tertij Pont. Max. atq in Regestis eiusdem anno 2º. nº 110. Bibliothecæ Vaticanæ. Qui e nobiliss.a Ursinorum gente ante Pontificatũ Archipresbyter S. Petri, quam dignitatem annum unum, mensem unum, dies sex tantum obtinuit, & ex Archipresbytero ac Diacono Cardinale Pontifex Maximus renunciatus insignem & amplam edidit constitutionem Ad perpetuam rei memoriam, quæ incipit Civitatem scam Jerusalem &. In qua ipse Pontifex ad possessiones emendas maxima pietate & liberalitate librarum provenientiũ decem novem millia centum octoginta grandem pecuniam Vaticanæ Basilicæ est elargitus; conficiunt summam nummorum auri in auro ad Julios xij ß pro nummo triginta octo mille trecentum sexaginta; Addiditq; huic muneri quingentas marchas sterlingorũ sive scuta monetæ 1350. Marcha enim sterlingorum valet Julios xxvij. præter mille libras provenientes,

gue

que erant in Camera dicte Basilice. Taxauit
numerum Canonicorum ad XXV. Archipresbyteri, Ca=
meræ, & Metæ portionibus in dicto numero computa=
tis. Archipresbyter percipit modo portionem tamquam
Canonicus residens. Cameræ portio mortua ad expensas
faciendas pro ipsius Basilice negocijs, ut in pta constitutione
declaratur; uiget etiam hodie; nullum tamen habet no=
men, cum Basilica huiusmodi onera ex communi massa
sustineat. Metæ alia portio annexa erat ad custodi=
am & manutentionem militum magnæ Pyramidis in
capite uiæ Alexandrinæ siue Burgi noui parochiæ Ste
Mariæ Transpontinæ demolitæ iussu Alexandri Sexti
ad ipsam uiam aperiendam que communi uocabulo Me=
ta uocabatur, cuius mentio in Diario Antonij Petri, &
in Censualibus Basilice anni 1409. Ex dicto Diario fol. 19.
20 & 43. his uerbis. Anno 1409. die 7. Octob. Nicolaus de
Ursinis fecit præparare Metam pro custodia castri S. Angeli
& stare sup eam semp quatuor hões cum balestris. Anno
1414. die 25. Januarij positæ fuerunt duæ funes grossæ &
magnæ de Maschio Castri S. Angeli usq ad Metam S. Petri
pro porrigendo cibaria illis qui custodiebant metã. Vo=
catur Meta S. Petri quia erat eius iurisdictionis. Fuit
in loco ubi nunc sunt domus iuxta fontem aquæ Paulæ
quem Sanctissimus Dñs Noster in capite eius uiæ aperuit.
Demolita Meta euanuit portio. Voluitq ut processu
temporis XXX forent Canonici & Archipresbyter unus,
ac dictæ duæ mortuæ portiones. Instituit & de nouo
plantauit XXX Beneficiatos, quorum institutionem &
destitutionem ad Archipresbyterum & Capitulum futuris
temporibus pertinere decreuit. Multas ordinationes
& sanctiones optimas fecit. Circa cultũ Dei. Statũ Ba=
silice. Seruitium chori. augmentum redditruũ. Mores.
Sacros ordines suscipiendos. Prædia conseruanda. Officia
Ca=

Camerariorum exercenda. paramenta sacra conficienda. ho=
ras canonicas recitandas. absentiam à Choro fugiendam. psal=
modiam laudabiliter exercendam. infirmis distributiões dandas.
Extra Canonicam non pernoctandum. Censuales libros scriben=
dos. computa redditruũ quolt bimestri reddenda. De sex clauibus
arcæ pecuniarũ à Camerarijs retinendis. Juramenta pstanda. Tres
missas in Altare S. Nicolai diebus singulis à Beneficiatis dicendas.
Anniuersariũ quotannis pro anima eiusdem summi Pontificis.
Anniuersaria item singulis annis patris, matris, patrui, & duorũ
fratrũ eius solemniter celebranda. poenas. subtractiões distri=
butionum. priuatiões contra inobedientes indixit. incompati=
bilia beneficia retinere uetuit Beneficiatis sub poena priuationis
ipso facto. Quodq ex his XIJ sacerdotes, sex diaconi, & sex sub=
diaconi, ac sex Accolyti forent. De habitu Canonicorũ deferendo.
Beneficiati non compareant in Ecc.a sine habitu qualisque esse
debeat. De festorum distributionibus. De missis cantandis.
De campanis pulsandis. De silentio in Choro seruando. de ordine
sedendi. De eadem constitutiõe bis in anno legenda. Dona uel
legata rerũ immobiliũ Beneficiatis cedant lucro Basilice. Be=
neficiati non habeant uocem in Capto. Non reputatur pñs in
Choro si intrauerit in Matutinis ante finitũ gloria pi psalmi post
Venite exultemus, & in Missa ante finitũ ultimũ Kirie. In others
alijs horis ante finitũ gloria primi psalmi. De sacra suppelle=
ctili Sacello S. Nicolai ab ipso summo Pontifice pie elargita, ut
clarius in tam nobili constitutiõe legere quis poterit, & tam=
quam in speculo uidere candorem animi & zelum domus dei
quo sanctus hic Pontifex tenebatur. Inter alia igitur quæ
statuit hæc de Sanctissimo Sudario censuit. Postquam egit
de pabulo caritatis. De procurationibus seu commestionibus Cano=
nicorum ad festum alicuius Cappellæ. De procurationibus
item Canonicorũ qui ad uisitanda loca aliqua mittuntur. et
de censu debito ab Ecc.a SS. Marij & Marthe in Castro Buccei
cuius hactenus uestigia uidentur, ibiq illi inclyti martyres
uia

Ex Regesto anno p.° n.° 710 Clemens V. Priori et Capitulo S. Petri concedit ut singulis annis [illegible] mensium spatium à Basilica abesse possint et extra Canonicam pernoctare.

Processio S.mi Sudarij ad hospitale sancti spiritus tempore Nicolai Tertij

uia Cornelia xiij. ab Vrbe milliario passionem subiere, subiungit. Duodecim denarij quos quando uadunt ad hospitale sancti Spiritus cum effigie Jesu Xpi sunt singuli Canonici recepturi; de centum uero solidis qui Praeceptori et fratribus hospitalis ipsius dantur fiat per omnia quod infra de anniuersarijs ordinatur &c. Buccejaopulentum est praediu rubrorum terrae 750. olim Castrū cum habitatoribus donatum Basilicae à Diuo Leone Quarto, ut in eius bulla in Archiuo Capli asseruata, & ex Petro Mallio Can.co qui uixit sub Alexandro III. cum Ecc.a SS. Marij & Marthae filiorumq eius, et Ecc.a SS. Cosmae & Damiani iuxta dictū castrum in Sylua candida cuius Ecc.ae mentio apud Anastasiū in Vita Leonis IIII; qui ite in minori officio eius Basilicae Canonicus fuit; atq in alijs Innocentij III. & Gregorij IX atq Innoc. VI. litteris. Quod castrum erat de antiquo patrimonio ipsius Leonis IIII. ut inquit Mallius. Tempore quo sancti Marius, Martha, Audifax, & Abacuch ibi subiere martyriū erat nobilissimae Bassiorum gentis uia Cornelia XIII. ab Vrbe lapide Nimpha Catabassi appellatum. Martha in Nimpha, ceteri sub arenario decollati sunt; sic habetur in antiquo Chori Vaticanae Basilicae Breuiario in pergameno manuscripto in lectionibus eorundem Sanctorum, & in dicto Choro asseruatur. Sepulcrū* Junij Bassi sub Liberio Papa defuncti elegantissimum et nobilissimū cernitur hodie in ipso Vaticano Templo ante Oratoriū subterraneū sacrae Confessionis. Ex quibus non abs re censeri potest Sanctum Leonem. iiij. non de familia Rodulphia ut inquit Ciacconius quia erat Rodulphi filius, sed de familia Bassiorum, quorum erat praediū Bucceiae antiquū patrimonium ipsius Leonis. Ante Nicolaum iij. Innocentius III. qui olim Canonicus S.ti Petri fuerat ad diuini nominis cultū ampliandū Archipresbytero & Canonicis suggerentibus Statuta quaedā inuiolabiliter obseruanda confirmauit uidelicet. De oblationi=

oblationibus ex quarta parte ministeriorū B. Petri singulis Canonicis qui ad Matutinas surrexerint, accipere per manus obedientialiū singulis noctibus duos denarios; ad missā unū, ad Vesperum unum. Qui ad sextam non uenerint si fuerint praesentes subtrahatur eis panis in prandio. Qui ad nonā non uenerint negetur eis panis in caena. Tertia post Matutinalem Missam decantetur. Si tamen quisspiam iacens in dormitorio semel in hebdomada propter necessitatē aliquam ad Matutinale officiū non surrexerit, praedicta poena minime teneatur; sciat tamen redditurum Deo de negligentia rationem. Medicinanti per dies tres, et minuti per duos, et balneati per unum ab huiusi poena censeantur immunes. Illi, qui non intrauerint chorum in Matutinis et Vesperis sexta quoq, ac Nona usq ad gloriam primi psalmi, et usq Kyrieeleeyson cantatur ad Missam, denarios non percipiant praetaxatos. Intrantes in officio perseuerent, & non exeant ante finem ex necess.a causa, sed quamcitius poterint reuertantur. Non sedeant ociosi, sed se exerceant in cantilena & psalmodia. Quicunq quolibet modo praeterquam in obedientijs de mandato Capituli existentes diuinis non interfuerint officijs denarijs careant praelibatis. Si praedictae oblationes sufficientes non fuerint de oblationibus sancti Peregrini uel alijs suppleatur. Ad mensam omnes uel maior pars simul accedant cum modestia discumbentes, simulq surgentes à mensa intenti lectioni, quae semp in prandio sine intermissione legatur. Procurentur omnes pariter in communi de prouentibus signorum et Valerani, et decem libris quae de pensionibus assignentur. Si pro negocijs proprijs aliquando oportuerit exire sine Archipresbyteri uel Prioris licentia non recedant, & si extra Ecclesiam disposuerit aliquis ire pedes absq socio solus non eat. Extra septa Canonicae sine cappa uel toga nullus appareat nisi forsan equitauerit extra Vrbem, et tunc in habitu procedat honesto. In dormi=

In dormitorio postquam candela fuerit accensa nullus cum clamore loquatur, nisi clamaverit dormientes offendat. Dat. apud S. Petrum 4° Idus Januarij anno 8. In Archivio S. Petri, et Bibliotheca Vatic.a anno 8. fol. 16 n° 4.

¶ De dignitate Prioris Canonicorum S. Petri

Prioris Canonicorum S. Petri dignitas magna erat ex Caeremoniale Gregorij X. in Bibliotheca Vaticana; in principio ¶ Si vero Dns Papa consecratur vel eligitur extra Urbem cum venerit Romam ad Cappellam S. Mariae Magdalenae ad radicem montis mali descendit &c. Et infra; Et ibi recipit pluviale et mitram & postea equitat &c. Et infra. Sic ducitur per Porticum usque ad gradus Sancti Petri ubi est processio parata, et Archipresbyter et Canonici S. Petri, à quibus recipitur reverenter cantantibus ipsis Canonicis introducitur in Ecclesiam Priore Canonicorum tenente ipsum Papam ex una parte, et Priore Cardinalium ex alia, sic introducitur in Ecclesiam, sed Prior dimittit eum ante portam Ecclesiae ipsius, & alius Cardinalis assumit eum ex illa parte; et in medio Ecclesiae veniunt, & cantant coram ipso Cardinales Presbyteri, Protector noster aspice Deus et respice in faciem Christi tui &c. ut latius in dicto Caeremoniale.

Porticus idest civitas Leoniana, quia porticus habebat.

Inter Canonicos S. Petri istae dignitates habentur Archipresbyteri, et Prioris antiquitus Sixtus IIII addidit Decanum Archidiaconum et Altaristam [illegible] Ex [illegible] bulla [illegible] Archivio [illegible] Basilicae, nunc sunt Archipresbyter, Decanus et Altarista.

¶ Anno Dni MCCLXXX.

Ex Guillelmo Durante Episcopo Mimatense insigne Jureconsulto dicto Speculatore in Vasconia nato, qui floruit anno Dni 1280. sub Martino IIII. In Rationali divinorum lib. VI. Dom.a 2a post Epiph. haec habentur ¶ Chana enim zelus interpretatur; Galileae transmigratio. Quod igitur nuptiae factae sunt in Chana Galileae significat quod in corde illius, qui zelum idest ardentem amorem habet transmigrandi de vitijs ad virtutes, de mundo ad patrem, de terra ad caelum; fiunt nuptiae

& Christus Dns ibi est cum matre sua, hoc est enim de primis laetitijs in illo corde ubi fiunt nuptiae quod Xpus natus est de Virgine, ibi mutatur aqua in vinum, idest insipiditas operum in laetitiam spiritualem. Ad has siquidem nuptias celebrandas Innocentius Papa Tertius instituit hac die Stationem apud venerabile hospitale Spiritus Sancti fieri, ubi tamquam in Chana Galileae est zelus transmigrandi de vitijs ad virtutes. ibi siquidem positae sunt sex hidriae, idest instituta sunt et perfectissime exercentur sex opera misericordiae; quae sunt pascere esurientem, potare sitientem, colligere hospitem, vestire nudum, visitare infirmum, adire incarceratum et mortuum sepelire; et est ibi mater Jesu, quoniam in honorem beatissimae Mariae Virginis illius loci est Ecclesia dedicata. Invitatur etiam & filius eius Jesus cum discipulis suis ad has nuptias, quoniam effigies Jesu Christi quae Sudarium sive Veronica vulgariter appellatur hac die ex institutione eiusdem Innocentij à Dno Papa et Cardinalibus populis fidelibus ad has nuptias pietatis et misericordiae celebrandis illuc convenientibus ibi solemniter demonstratur. ¶ Durantes non dicit quod in Ecclesia sancti Spiritus continue staret Sudarium, sicut per tot saecula stetisse probatur in Basilica S. Petri, sed quod monstrabatur in Ecc.a S. Spus ex institutione Innocentij tertij supra posita illuc à Basilica Vaticana processione delatum. Ex quibus Duranti verbis non perpensis, nec Innocentij tertij litteris visis fama publica percrebuit ipsam sacram Reliquiam stetisse olim in Ecc.a sancti Spiritus; exinde postea ad Basilicam S. Petri translatam, quod refellitur continua nongentorum annorum successione ¶ Nec facit Diarium Antonij Petri (dum narrat necem aliquorum civium Romanorum) quos

quos populus Romanus Innocentio VII allocutum miserat anno 1405. 6. Augusti nepote eiusdem Pontificis iubente, quorum nomina infra exprimuntur, dum dicit quod proiecti fuerunt de fenestra prope Ambulam ubi ostendebatur Veronica; hoc non inficitur. Nam dictas Dom.ca Nuptiarum Summo Pontifice & tota Curia ad solemnia ipsa in Ecc.a S.ti Spiritus celebranda convenientibus non in plano solo, sed ex alto moeniano fuere immensum thesaurum fidelium conspectui exhibendum opus erat; verba supradicti Diarij haec sunt. 1405. die 6. Aug. hora sexta Ludovicus nepos supradicti dni Pontificis Innocentij fecit capere istos dnos officiales & alios dnos Romanos in platea sancti Spiritus ante puteum dictae Plateae videlicet egregium virum dnum Gualterum, ac etiam Joannem Riccarducij, Joannem de Paloso, Pietro Tartaro, Cenfia di Janni di Nola, Tomarotto di Paolo Stato, Stefano dello Buffalo, Janni di Pactio, Jacovello Ciannataro, & Solto detto Stefano della Zecca, & questo visse di sette. Item omnes supradicti fuerunt interfecti in hospitale S.ti Spiritus in domo ubi habitabat Mater dni Bonifacij, & post mortem supradictorum fuerunt proiecti per fenestras prope Amulam ubi ostendebatur Veronica &c. ℣ Puteus extat hodie in eiusdem Viridario Palatij de Ruvere è regione portae Ecc.ae S. Spiritus ℣ Mater Bonifacij Noni Gattimula Filimarine ex bulla eius regesti in Cam.a Ap.ca Domus Filimarina est Neapolitana ex libro verum Neapolis manuscripto in regesto Regis Roberti anno 1315. littera B. ex Archivio Ducatus Brachiani.

Anno dni MCCLXXXVIII.

Scribit Marcus Polus Venetus in suo Itinerario cap. 46. quod apud Ringuitallam provinciam, Tartarorum Imperio subiectam adiacet Mons ad Septentrio-

44

Septentriones diversas fodinas habens. In una ex his nascitur quaedam species lanifera, quae in mortario pinsita, purgata, & munda texitur in nobilissima & candidissima mantilia, in quibus ex continuo usu maculae igne purgantur, & in pristinum nitorem atque albedinem redeunt. Ex his mantilibus unum Argo Tartarorum Rex pro magno munere misit ponendum ante Sanctissimum Jesu Christi Sudarium Veronicae. Hunc Regem Nicolaus Quartus Pont. Max. sedulis hortationibus ad Xpi fidem suscipiendam disposuit, agens illi gratias quod bene tractaret Christianos. Tuctana Regina Tartarorum sub eodem Pontifice eandem fidem amplectitur. Scribit Oblacham Principi super eodem. Misit ad eundem Regem fratrem Joannem de Monte Corbino Pennen' dioc' & alios fratres ordinis minorum, cuius ipse Pontifex Alumnus erat ad praedicandum Jesu Xpi Evangelium. Hic frater Joannes spatio XIIII. annorum, ut ex speculo historiali Vincentij Beluacensis in Vaticana Bibliotheca manu scripto fol. 299. lib. 8. & ex Formulario Magistri Marini de Ebolo Innocentij IIII. Vicecancellarij in eadem Bibliotheca fol. 329. lib. 6. n.o 3976. ac in eodem Formulario à me exemplato apud Card. S. Susannae à fol. 143. ad 153. lib. 6. à Gregorio X. ad Nicolaum IIII. apud ipsas barbaras nationes pro Dei Ecc.a & Xpiana fide propaganda magnos labores & pericula passus est. & licet ab instituto operis aliquantulum digrediar binas epistolas eidem Argoni et Tuctanae Regibus ab eodem Nicolao sui Pontificatus anno primo scriptas, ut in exemplo pti originalis Formularij quod 1800. paginarum scriptura in sex tomos pro eodem Ill.mo dno Cardinale suoque iussu & impensa à me nuper exemplatum est fol. 151 lib. VI. ac in Regestis eiusdem Nicolai anni primi sub

datis

Dat. iiij. nonas Aprilis infra subijcere libuit.

¶ Commendatur Regina Tartarorum, quod ad ampliandam fidem Catholicam intendit.

NICOLAUS EPISCOPUS

seruus seruorum Dei. Carissimæ in Xpo filiæ TUCTANI Reginæ Tartarorum Illustri salutem & Apostolicam benedictionem.

HABET Carissima in Xpo filia fide dignæ relationis expressio, quod tu Catholicæ fidei lumine illustrata, eam non solum studijs obseruare sollicitis comprobaris, sed alios etiam ad agnitionem illius, & eius terminos dilatandos opem & curam curiosa non desinis exhibere. Hæc sunt profecto, quæ te reddunt in conspectu diuinæ maiestatis acceptam, quæ tibi laudis humanæ preconium uendicant, & augent multipliciter famam tuam, dum ex ijs pietatis diuinæ clementia quæ te de tenebris infidelitatis ereptam ad uitam uitæ reduxit, & ad ueritatis semitam reuocauit, tanquam benedicta & reuerens filia recognosceris. Excitamus igitur Magnitudinem tuam & hortamur in filio Dei Patris, quatenus mentis tuæ oculis erectis ad Dominum, cuius obsequijs salubriter adhæsisti, præmissa de bono semper in melius prosequaris, & quasi apis argumentosa procurare non cesses, ut eo gratior & præmijs digna maioribus occurras Dno Deo tuo, quo uberiores bonorum operum in eius horreum manipulos introduces. Datum Romæ apud sanctum Petrum iiij. Nonas Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

¶ Commendatur Rex Tartarorum, qui disposuit suscipere fidem Christi.

¶ NICOLAUS. EPISCOPUS. SERUUS. SERUORUM. DEI. ARGONI Regi Tartarorum Illustri, gratiam in pnti, quæ perducat ad gloriam in futuro.

INtelleximus referentibus uenerabili fratre Bersauma Episcopo in partibus Orientis, nob. uiro Sabadino, Thoma de Amfusis, & Oguetto interprete laicis tuæ magnitudinis nuncijs, quod si Regnum Jerosolymitanum de manibus liberari contigerit impiorum, in ciuitate Jerosolymitana renasci desideras lauacro baptismali. Nos autem tuam, tuorumq. salutem propensius cupientes, huiusmodi tuum salubre laudandumq. propositum perducere studeas (sublato dilationis obstaculo) ad effectum. Celsitudinem tuam excitandam attente duximus & hortandam, quatenus tibi salubriter consulens, & exhortationibus nostris, quæ de puro pectoris intimo prodeunt, laudabiliter aquiescens ad Baptismum promptius acceleres, illudq. ad laudem Dei tuæq. salutis profectum festinus suscipere non omittas; tanto amplius proinde Domino placiturus, quanto celerius & libentius ad susceptionem eius procedere te continget, quantoq. plures ad eam tuo exemplo laudabili prouocabis. Datum Romæ apud sanctum Petrum iiij. Nonas Aprilis Pontificatus nostri anno primo.

¶ Anno Domini MCCLXXXX.

EX bulla Nicolai Quarti in dicto Archiuo S. Petri sub Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem Idus Aprilis año 3°. registrata in Vaticano anno 3°. n°. XI. Ubi indulget Canonicis residentibus in Basilica pta ut possint retinere beneficia sine cura. Incipit: Ille qui solus Romanã fundauit Ecclesiam &c. directa Priori & Capitulo dictæ Basilicæ. In elogio fit mentio de Sudario his uerbis. In ea namque [Basilica S. Petri] sui preciosissimi Vultus imaginem, quam Veronicam fidelium uox communis appellat in singularis amoris

amoris insigne tribuit uenerari; & in ea glo=
riosissimum corpus ætherei Janitoris, ac innume=
rabiliũ martyrum aliorumq; sanctorum ueneran=
das reliquias collocauit &c.

Anno domini MCCLXXXXIIII.

Tempore sancti Cœlestini Quinti Pontificis maximi Aegi=
dius de Roffredis ciuis Romanus construxit sacellum
in honorem S. Agathæ in Basilica S. petri in naui S.mi
Sudarij Veronicæ, illudq; dotauit, & Capitulũ ob=
tinuit licentiam à dicto summo Pontifice Cœlestino, ut
idem Aegidius post obitum posset in eodem sacello se=
peliri, stante quod in dicta Basilica nullus sepulturæ
tradebatur, nisi de licentia summi Pontificis. Ex fasci=
culo 166. capsula 42. ut in Indice scripturarũ Archi=
ui prætæ Ecclesiæ fol. 204 à me olim confecto.

Anno domini MCCLXXXXVI.

BONIFACIVS octauus Caetanus ante Pontificatum
Vaticanæ Basilicæ Canonicus Carolo secundo Siciliæ
& Jacobo Aragonum inclytis Regibus ambobus Ro=
mæ conuenientibus occurrente Statione præta ab Inno=
centio tertio instituta, statuit anno sui præsulatus se=
cundo pro ea tantum uice Stationem eandem in Ecc.a
ipsa sancti Sp.us nequaquam celebrandam, nec minus
sacrosanctum Sudarium ad eandem deferendum. Sed
occasione dictorum Regum in Basilica Principis Aposto=
lorum, quæ pro loci dignitate & amplitudine con=
gruentior erat, idem Pontifex Dominica ipsa Nuptia=
rum Missarum solemnia celebrauit, uenerandamq;
Jesu xpi memoratam effigiem ijsdem Regibus, &
alijs fidelibus in copiosa multitudine proprijs duxit
manibus exhibendam. De qua re hanc edidit con=
stitutionem, quæ est in Regesto eiusdem Bonifacij
in Vaticana Bibliotheca anno 2.o Ep.la 538. folio
150

150. his uerbis

BONIFACIUS. EPISCO
PUS. SERUUS. SERUO=
RUM. DEI.

Dilectis filijs.. Rectori & fratribus hospi=
talis sancti Spiritus in saxia de Vrbe salutẽ
& Apostolicam benedictionem.

CIRCUMSPECTA
Apostolicæ sedis prouidentia,
personarum, temporum, & loco=
rum debita consideratione præ=
uia discutiens, qualitatem &
rerum affectus librans, ad calculum rationis in
agendis suis prouida dispensatrix, nonnulla inter=
dum quæ seruanda statuerat suspendit, uariat, et
transfert & temperat, prout suggerit ingruentis
conditionis utilitas, & suadet honestas. Sane fe=
licis recordationis Innocentius Papa Tertius prædecessor no=
ster duxit olim dum uiueret prouide statuendum, ut Do=
minica prima post octauam Epiphaniæ, quando illud le=
gitur Euangeliũ, quod Jesus cum discipulis suis in Cha=
na Galileæ ubi mater ipsius erat inuitatus ad nu=
ptias aquam conuertit in uinum, ad hospitale uestrũ,
ubi memoria ipsius gloriosissimæ matris eius recolitur,
eiusdem ueneranda effigies Jesu xpi à Beati Petri Ba=
silica per ipsius Canonicos uenerabiliter deferatur,
solemnem apud hospitale prædictũ ipso die instituens
stationem. Fuit equidem statutum huiusmodi de=
inde anteactis temporibus digne ac rationabiliter
ob=

obseruatum. Nosque illud in dicta Dominica praete=
rita proxime uoluissemus & fecissemus cum debita
reuerentia obseruari, & conuenissemus una cum
fratribus nostris astore Deo ad hospitale praefatum ad
celebrandum inibi Missarum solemnia, & ad facien=
dum exhortatoriu de hac celebritate sermonem. Sed
cum apud ptam Basilicam, ubi beati Petri Sedes existit,
ipsorum Petri & Sedis, & uniuersalis Ecclesiae, Christia=
naeq. religionis & fidei agenda quaedam commodius &
plenius imminerent, ad quae carissimi in Christo filij no=
stri Carolus Siciliae, ac Jacobus Aragonum Reges illu=
stres, & aliorum copiosa multitudo fideliu conuene=
runt, praedictam Effigiem, quam Sudarium uulgari=
ter appellamus praefata Dominica proxime praeterita
duximus ex causis, quae ad id nos rationabiliter induxe=
runt in iam dicta Basilica proprijs manibus fideliu prae=
dictorum aspectui praesentandam. Sicque ipso die praeli=
bata effigies ad hospitale praedictu more solito, & iuxta
institutionem praedecessoris eiusdem nec deportata exti=
tit, nec ostensa. Nihilominus tamen ipsi hospitali con=
suetam dicto die per eleemosynariu nostrum fecimus elee=
mosynam exhiberi. Volentes itaque saepefati hospitalis
& vestris super hoc in posterum indemnitatibus praeca=
uere, auctoritate vobis praesentium indulgemus, ut pro eo quod
effigies ipsa dicto die iuxta institutionem praelibati praede=
cessoris ad hospitale praedictum non extitit deportata, nullu
ipsi hospitali & vobis in posteru praeiudicium generetur.
Statuentes, ut iam dicta memorati praedecessoris institutio
tam de dicta effigie ad hospitale ipsum uenerabiliter de=
ferenda, quam quae in omnibus alijs, quae in institu=
tione continentur eadem, de cetero nihilominus inuiolabi=
liter obseruetur. Nulli ergo omnino hominu liceat hanc pa=
ginam concessionis & statuti nrorq infringere uel ei
ausu

ausu temerario contraire. Si quis autem hoc atten=
tare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei &
beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit
incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum
XIJ Kalendas Februarij Pontificatus nostri anno secundo.
Libet de his Regibus tamquam de benefactoribus Vaticae
Basilicae (et si digressio sit) pauca haec scribere.
Anno MCCLXXXIX Carolus secundus Caroli An=
degauensis primi ex Gallis Neapolis Regis filius ex Gal=
lia in Regnum rediens, Romam ueniens à Nicolao quar=
to honorificentissime suscipitur. A quo Regni confirma=
tione obtenta utriusq. Regni diadema apud S. Petru 3°.
Kal. Junij Pentecosten die suscepit, utriusq. Siciliae Rex
appellatus. Qui cum multa eidem Basilicae munera
obtulisset illud in donationum priuilegijs in eius Ba=
silicae Archiuo asseruatis fasciculo 178. capsula 43.
gloriatur Canonicam in Basilica S. Petri habere, sci=
licet receptus in eius coronatione in Canonicu Sci
Petri, ut etiam in hoc opusculo suo loco dicetur, De
Ludouico secundo Neapolis Rege.
Anno MCCLXXXXVII. VIII. Idus Aprilis Ja=
cobus Primus Rex Aragonum à Bonifacio octauo
Pontifice Maximo regio diademate in Vaticana Basilica
coronatus fuit; cuius donationis priuilegiu magno signo
plumbeo munitum fasciculo 170. capsula 44. in Ar=
chiuo pto habetur, annui perpetui redditus XXX. uncia=
rum auri ad generale pondus Regni Siciliae pro Basi=
lica ipsa, quod ita incipit. IN NOMINE DOMINI
AMEN. Nouerint uniuersi, quod nos Jacobus Dei
gratia Rex Aragonum, Maioricaru, Valentiae, Mur=
tiae, Sardiniae & Corsicae, Comesq. Barcinonen ac
Sanctae Romanae Ecclesiae uexillarius, Ammiratus &
Capitaneus generalis. Considerantes quod dextera
do=

Domini nobiscū faciente uirtute, nosq; clementer ad Regnum Sardiniæ & Corsicæ fastigia sublimante apud Principis Apostolorum & cœlestis Regni claugeri sacratissimam de Vrbe Basilicam per regiam ipsorū inuestituram solemnem nobis à Sanctissimo Patre et dñō dñō Bonifacio Octauo sacrosanctæ Romanæ & uniuersalis Ecclesiæ Summo Pontifice gratiose concessā, prima diuulgati nostri honoris insignia claruerūt, ac deinde prædictorum Regnorū suscepimus diadema; necnon & in dicta Basilica idem Sanctissimus Pater prædictæ Scæ Romanæ Ecclesiæ in multitudine copiosa nos magnifice honorantes fecit uexillariū, Ammiratū & Capitaneū generalem, & cetera quæ in donatione sequuntur eadem dictarū 30 uneiarū auri ad Sacrosanctum Sudariū minime facientia omissa.

In Cæremoniale Gregorij decimi in Vaticana Bibliotheca asseruato, In cap. De ordine sedendi in mensa fol. 62. de Carolo primo iunioris Caroli pti genitore, cui pariter Dominici Vultus Sudarium uenerandum, est exhibitum, sequens memoria habetur, & etiam de Carolo 2°.

Papa stabit dum comedit sic paratus ut dictum est scilicet usque ad dalmaticam inclusiue, habens mantum rubeum ad scapulas, fanone siue Orale in capite, & mitram aurifrigiatam super fanonē, & annulum pretiosū non Pontificalem in digito & sandalia in pedibus. Cardinales uero omnes tam sæculares, quam religiosi habebunt coctas cum succis siue camisijs albis & mitris simplicibus de guarnello in capite & mantellis ad scapulas. Sed sæculares habebunt mantellum de brunetto rosaceo; religiosi autem habebunt mantellum suæ religionis &c.

V. fol. 63. de Seruitoribus mensæ Papæ. Coram Papa ser=

Loco birettini utebantur fanone siue orale, quod erat amictus

uient laici maiores natu & nobiliores, qui præsentes erunt secundum officia illis distributa per magistrū hospitij. Notandum tamen, quod in mensa primū ferculū ponit coram Papa aliquis de principalioribus nobilibus, etiam si esset Rex. Quo facto si Rex foret uadit ad sedendum in mensa à sinistris inter primos duos Diaconos Cardinales & sic faciebat dñs Carolus primus Rex Siciliæ, & descendentes ab eo Reges, maxime quia Imperator Constantinopolitanus qui tūc temporis erat in Curia sedebat à dextris inter duos primos Episcopos Cardinales, qui primum fortasse ferculum posuerat Papæ, secundum uero Rex Siciliæ &c. V. fol. 63. in margine [illegible] Senogalliense. Notandum quod numquam aliqua mulier comedit in pñtia Romani Pontificis etiam si esset Imperatrix uel Regina, ita extitit obseruatū tempore dñi Clementis V. dñi Joannis xxij. dñi Benedicti xij. dñi Clementis VI. & Innocentij VI. nec fuit auditū quod aliquo tempore fuerit factum contrariū etiam tempore dñi Vrbani V. dñi Gregorij XI. aut Vrbani VI.

magister hospitij hodie est unus de principibus familiæ Comitum et habet locū in Cappella.

Anno Jubilei MCCC.

Joannes Villanius libro VIII. cap. 36. Nelli anni di Christo 1300. secondo la Natiuità di Christo concio fosse cosa che si dicesse per molti che per adietro ogni centesimo d'anni per la Natiuità di Christo, il Papa ch'era in quelli tempi facea grande Indulgenza; Papa Bonifatio VIII. che all'hora era Apostolico nel detto año à riuerentia della natiuità di Christo fece somma & grande indulgentia in questo modo, che qualunche fedele uisitasse in tutto il detto anno continuando 30. di le chiese de beati Apostoli Pietro & Paolo, & per XV. di i forestieri che non fosse Romano à tutti facea piena & in=

intiera perdonanza di tutti i suoi peccati, essendo confesso ò si confessasse da colpa & da pena. & per consolatione de Christiani peregrini ogni Venerdì, et di solenni di festa si mostrava in San Piero la Veronica del Sudario di Christo; per la qual cosa gran parte de Christiani che all'hora viveano fecero il detto viaggio così femine come huomini di lontani & diversi paesi, & di lungi & da presso, & fu la più mirabil cosa che mai fosse, che al continuo in tutto l'anno havea in Roma oltra al popolo Romano ducento millia de pellegrini senza quelli ch'erano gli camini, andando & tornando, & tutti erano forniti & contenti di vettuaglia giustamente così ò cavalli come le persone, & io lo posso testimoniare che vi fui presente & vidi, & della offerta fatta gli pellegrini molto tesoro ne crebbe alla Chiesa, e Romani per le loro derrate furono tutti ricchi &c.

Anno Jubilei MCCC.

Jacobus de Stephaneschis Petri filius Romanus Regionis Transtiberinae, cuius paterna domus ubi nunc est Monasterium S. Aegidij iuxta Ecclesiam S. Mariae Transtiberim Bonifacij VIII propinquus, Nicolai III pronepos ex libro Magri Marini de Cocolo in Bibliotheca S. Petri fol. ult. in bulla Nicolai III. Matthei Ursini Cardinalis Archipresbiteri nepos ex Can.co S. Petri, subdiacono Apo. & Rotae Aud.re à Bonifacio VIII Diaconus Card.lis S. Georgij ad Velum aureum declaratus est; praeter Canonicatum S.ti Petri in Remensi, Pariensi, Laudunensi, Ambianensi, Belvacensi, & S.ti Audomari Morinen. dioc. Ecclesijs Canonicatus & praebendas ac prioratum Ecc.ae Vastinen. Bituricen. dioc. obtinuit, à Bonifacio VIII Canonicus Thesaurarius Cameracen. per obitum Petri Peregrotti Mediolanen. Card. S. Marci creatus est. Insigni fuit liberalitate & munificentia. Naviculam in atrio veteris Vaticanae Basilicae musiveo opere manu Jotti eximij pictoris fecit, in quo opere 2200 florenos expendit in fronte palatij Ap.lici ad meridiem populi venerationi supra gradus eius Basilicae à S.mo D. N. Paulo V novissime restitutam. Apsidam S.ti Petri iconijs picturis ornavit; Imagines Salvatoris ad cuius pedes genuflexus & ipse manet violaceo colore indutus tunica cum manicis desuper iunctis manibus & galero rubro ad pedes eius. Crucifixionis pariter S. Petri & decollationis S. Pauli ligno in compluribus manu eiusdem Jotti, in quo opere 800 florenos auri erogavit, quae ycona hodie in Archivo eius Templi asservatur. Missarum librum & sancti Georgij martyris historiam quam matura aetate conscripserat manu eiusdem singularissimi pictoris, ut in eiusdem Basilicae Bibliotheca conspicitur auro, minio, & transmarino caeruleo insigniter exornavit; in quo eius ad vivum expressa imago Cardinalitio illius temporis habitu cum gentilicijs insignibus adhuc cernitur, in quo itidem S. Petri de Murrone, quem Caelestinum V. dixerunt etiam ad vivum depicta imago ab eius obdormitione facta cum eius Missa habetur. Sacellum pulcherrimum in honorem sanctorum Laurentij & Georgij martyrum pecunia testamento legata in Vatic.a Bas. aedificavit, et non exigui valoris praedia attribuit. Obijt Avenione X. K. Julij anno 1343. vixit Card. ann. 48. In libro igitur de Centesimo Jubileo Bonifacij Papae VIII. scripsit de Sudario in haec verba. Mira res tota pene prima Januarij die novellae mysterium remissionis occurrit, procliveo vero ad vesperam Sole ad mediae fere noctis intempestae silentium panuemq. eo Romanis patefacto frequentes ipsi ad sacram beati Petri Basilicam properant, oppressi altaria stipant, alternatimq. se (ut vix accedere fas esset) impediunt, tamquam ea brevi finienda die expirare gratiam, vel maiorem aestimarent. & paulo infra. ijs initijs in dies civium exterorumq. fides & peregrinatio augeri coepit, quibusdam primo centesimi die omnium culparum sordes deleri asserentibus ce=

te=

ceteris annorum centum Indulgentiam fore, sicq; fere usq; ad bimestre tempus, & similiter die qua toti Orbi venerabilis revelatur effigies (vulgo Sudarium seu Veronica dicta) longe plus solito compactis turbis convenirent, utrumq; dubij sperantes erant &c.

¶ Dantes Aligherius Etruscorum poetarum nobilissimus hanc cecinit de Sudario Veronicæ cantionem, anno 1300.

Quale e colui che forse di Croatia
Viene à veder la Veronica nostra,
Che per l'antica fama non si satia,
Ma dice nel pensier fin che si mostra,
Signor mio Jesu Christo Dio verace
Hor fu si fatta la sembianza vostra?

In libro Paradisi cantus XXXI.

Commento di Christofaro Landini Fiorentino. Non con altra avidità guarda la Veronica, che è la effigie di Christo uno che per vederla viene à Roma insino di Croatia parte settentrionale, & molto lontana, & mentre che quella si mostra lui stupefatto dice; O Signor Giesu Christo fu cosi fatta la vostra effigie. Ex libro Dantis n.° 1583. Bibliothecæ Vaticanæ, Ex manuscripto rubro villoso cooperto quondam Julij Ursini, Dantis Aligherij habetur mem.a quod Dantes edidit volumen anno 1300. & obijt Ravennæ 1321. in fine libri habetur hæc mem.a in dicta Vaticana Bibliotheca liber valde preciosus est, scriptus à Joanne de Certaldo Boccaccio, & missus Francisco Petrarcæ. ¶ Anno domini MCCCXVIIII

In Regesto bullarum Joannis Papæ vigesimi secundi anni quarti n.° 647. Bibliothecæ Vaticanæ mandat Episcopo Viterbiensi, ut reparet Basilicam Sancti Petri, & in elogio dicit. In qua Vultus Redemptoris nostri imaginem, corpus ætherei Janitoris, & innumerabilium mar=

martyrum, aliorumq; sanctorum reliquias divina clementia collocavit.

¶ Joannes Papa XXij. hymnum composuit Salve sancta facies &c. in laudem sanctissimi Sudarij Veronicæ cum indulgentia decem millium dierum illum devote recitantibus concessa.

Ex libro manu scripto in pergameno num.° 3769. Vaticanæ Pontificiæ Bibliothecæ in fine libri serico rubro tecti in 4.° folio, & pulcherrimis miniaturis ornati, habetur sequens hymnus cum oratione à Joanne XXij. compositus, et in alio libro etiā pergameno m.s. n.° 3779. eiusdem Bibliothecæ & est talis.

Rubrica.

Oratio sequens edita est per dnūz Joannem vigesimum secundum, qui concessit omnibus eam devote dicentibus inspiciendo faciem Christi decem millium dierum Indulgentiarum, & si quis eam ignoraverit dicat quinque Pater noster inspiciendo Veronicam.

Salve sancta facies nostri Redemptoris,
In qua nitet species divini splendoris,
Impressa panniculo nivei candoris
Dataque Veronicæ signum ob amoris.
Salve decus sæculi speculum sanctorum,
Quod videre cupiunt spiritus cælorum,
Nos ab omni macula purga vitiorum,
Atque nos consortio iunge beatorum.
Salve Vultus Domini imago beata,
Ex æterno munere mire decorata,

Lu=

Lumen funde cordibus ex ui tibi data,
Et à nostris sensibus tolle colligata.
SAlue robur fidei nostræ Christianæ
Destruens hæreticos, qui sunt mentis vanæ,
Horum auge meritum, qui te credunt sane,
Illius effigie qui Rex fit & pane.
SAlue nostrum gaudium in hac uita dura,
Labili & fragili cito peritura,
Nos deduc ad propria ò felix figura,
Ad uidendum faciem, quæ est Christi pura.
SAlue gemma nobilis uera margarita,
Cælicis uirtutibus perfecte munita,
Non depicta manibus sculpta, uel polita
Hoc scit summus Pontifex qui te fecit ita.
Ille color cælicus, qui in te splendescit,
In eodem permanet statu nec decrescit,
Diuturno tempore minime pallescit,
Fecit te Rex gloriæ fallere qui nescit,
Nesciens putredinem, seruans incorruptu,
Quod est à Christicolo coram te dedic(t)um,
Tu uertis in gaudiu(m) gemitum & luctum,
Confer saluberrimum te uidendi fructum.
ESto nobis quæsumus scutum & iuuamen,
Dulce refrigerium atque consolamen,
Vt nobis non noceat hostile grauamen,
Sed foueamur requie cæli tecum. Amen.

Anno domini MCCCXXVIII.

FRANCISCUS Petrarcha Etruscorum Poetarum nobilissimus parte prima, de se occasione sumpta in similitudinem peregrini longæuæ ætatis inuisendi gratia Sudarij Romam per ardua itinera proficiscentis, hanc cecinit cantionem.

Mouesi il uecchiarel canuto & bianco

Dal

Dal dolce loco oue hà la sua età fornita,
Et da la famigliuola sbigottita,
Che uede il caro padre uenir manco;
Indi trahendo poi l'antico fianco,
Per l'estreme giornate di sua uita
Quanto più può col buon uoler s'aita
Rotto da gl'anni & dal camino stanco,
Et uiene à Roma seguendo il desio,
Per mirar la sembianza di colui,
Che ancor la su nel Cielo uedere spera &c.

Anno Iubilei MCCCL.

Ex Mattheo Villano lib. primo historiaru(m) cap. 55.

Ne gl'anni di Christo della sua natiuità 1350. il di di Natale comincio la santa Indulgentia à tutti coloro che andorono in Pelligrinaggio à Roma facendo la uicitazione ordinata per santa Chiesa alla Basilica di S. Pietro & di san Gio: Laterano, & di san Paolo fuori delle mura, al qual perdono huomini & femine d'ogni stato et dignità concorsono con marauigliosa & incredibile moltitudine; essendo di poco tempo stata la generale mortalità, & ancora essendo in diuerse parte di Europa tra i fideli Christiani. & con tanta deuozione & humiltà seguiuano il Romeaggio che con molta patienzia portauano i disagi del corpo: che era uno ismisurato freddo, e ghiacci, e neui, e aguazoni: e le uie per tutto disordinate e rotte, i camini pieni di di & di notte, gli alberghi & le case sopra i camini non erano sofficienti à tenere i caualli e gl'huomini al coperto. Ma i Tedeschi e gl'Vngheri in greggie & à turme grandissime stauano la notte à campo stretti insieme per lo freddo; atandosi con grandi fuochi. & per gli osti non si poteua rispondere (non che à dare il pane el uino e la biada) ma di prendere danari.

E mol=

E molte volte avvenne che i Romei volendo seguire
loro cammino lasciarono i danari de loro scotti sopra
le mense, et seguivano loro viaggio: e non era niuno
de viandanti che gli togliesse, infino che veniva dell
ostiere, che gli prendea. Nel cammino non si facea al=
cuna riotta tra Romei, ma comportava e aiutava l'uno
l'altro con pazientia e conforto. E cominciando al=
cuni ladroni in terra di Roma a rubare e a ucci=
dere; da i Romei medesimi erano morti et presi: aiu=
tando et soccorrendo l'uno l'altro. E paesani facea=
no guardare i cammini, e spaventavano i ladroni.
Si che secondo il fatto, assai furono sicure le strade
e i cammini tutto quell'anno. La moltitudine de
Christiani che andavano à Roma era impossibile
numerare: ma per istima di coloro ch'erano re=
sidenti nella città, fu che il di di Natale, e de di
solenni appresso della Quaresima infino alla Pasqua
della santa Resurrettione al continuo fosse in Roma
Romei da mille migliaia a le xij centinaia de
migliaia. Et poi l'Ascentione e per la Pentecosta
più di ottocento migliaia. Essendo pieni i cammini
il di e la notte (come detto è) Ma venendo la state
cominciò à mancare la gente per l'occupationi
delle ricolte e per lo disordinato caldo; ma non si,
che quando u hebbe meno Romei non vi fossono conti=
nuo ogni di più di ducento migliaia d'huomini
forestieri. Le visitazioni delle tre Chiese mouen=
dosi dove era albergato catuno e tornando a casa
furono fatte XI miglia di via. Le vie erano si
piene al continovo, che convenia che catuno segui=
tasse la turba à piede e à cavallo che poco si
potena avanzare, et per tanto era più mala=
gevole. I Romei ogni di della visitazione offe=
re=

offerevano à catauna chiesa chi poco e chi assai, se=
condo gli parea.

De ostensione S.ma Veronica Sudarij Dni
nostri Jesu Xpi ad quod uidendū propter ma=
ximam multitudinem in anno Jubilei 1350.
multi aliquando suffocabantur et pedibus
terebantur. Ex dicto Mattheo Villano supra=
dicto capit. 55. lib. p.o historiarū post dicta uerba.

il Santo Sudario di Christo si mostrava nella Chie=
sa di San Pietro per consolazione de Romei ogni
Domenica, et ogni di di festa solenne, si che la mag=
gior parte de Romei lo poterono vedere. E la pressa
u era al continovo grande e indiscreta. Perche più
volte avvenne che quando due, e quando quattro,
e quando sei, e talhora che dodici, vi si trovarono
morti dalle strette, e dallo scalpitamento delle genti.

Sequitur Joa. Mattheus Villanus de ipso anno
Jubilei 1350. in hæc uerba.

I Romani tutti erano fatti albergatori, dano le lor case
à Romei à cavallo, togliendo per cavallo il di uno
Tornese grosso, e tale uno e mezzo, e alcuna volta
due, secondo il tempo, havendosi à comprare per
sua vita e del cavallo ogni cosa il Romeo, fuori
chel cattivo letto. I Romani per guadagnare disor=
dinatamte. potendo lasciare havere abbondanza
e buono mercato d'ogni cosa da vivere, à Romei
mantenero carestia di pane, e di vino, e di carne
tutto l'anno, facendo divieti che i mercatanti non
potessero metterui vino forestiere, ne grano, ne bia=
da, per vender più caro il loro. Valsevi al con=
tinuo uno pane di 16. o di 18. oncie di peso, da=
nari 22. E il vino soldi tre, e soldi quattro, è sol=
di cinq. il pettitto, secondo ch'era buono. E la
bia=

Turonensis grossus for=
tasse est ille
qui in Can=
cellaria Apca.
ualet bol. XII.

Pettitto
hodie
boccale

Quatuor de=
narij [illegible]
[illegible]
[illegible]
obolus [illegible]
[illegible]
[illegible]
quadrantes
hodierni [illegible]
[illegible]

libra 20. Solidorum ste bol. XV.

E la biada costava il moggio ch'era xiij provende
comunali a comperallo in grosso quasi tutto l'anno da
lire quattro e mezzo in cinque. Il fieno, la paglia, le le=
gne il pesce & l'erbaggio vi furono in grande carestia;
della carne v'hebbe convenevole mercato, ma frodavano
il macello mescolando & vendendo intieme (con sottili
inganni) la male carne colla buona. Il fiorino d'oro
valeva soldi 40 di quella moneta. E nell'ultimo dell'
anno come nel cominciamento v'abbondò la gente,
o poco meno. Ma allora vi concorsono più signori, e
grandi Dame e honorevoli huomini e femine d'oltre
monti e di lontani paesi ed etiandio d'Italia. Che nel
cominciamento, e nel mezzo del tempo ogni di presso
la fine si facevano delle dispensazioni del visitar le
chiese maggiori gratie. E nell'ultimo acciochè niu=
no qual fosse a Roma e non havesse tempo a po=
ter fornire le visitazioni, rimanesse sanza la gratia
delle indulgenzie de meriti della passione di Christo
fu dispensato infino all'ultimo, di che ciascuno havesse
pienamente la detta Indulg.a E così fu celebrato
questo anno del santo Giubileo la dispensatione de
meriti di Christo, e di quello della santa Chiesa, e
remissione de peccati de fedeli Christiani.

Eodem anno Jubilei MCCCL.

Ex Regesto bullarum Clementis Papae Sexti sui Pon=
tificatus anno nono, habentur litterae infrascriptae
in Bibliotheca Pontificia Vaticana de sanctissimo
Sudario Veronicae.

Annibaldus de Ceccano Cardinalis Archiepiscopus [illegible]

Clemens sextus mandat Annibaldo Episcopo Tuscu=
lano Apostolicae Sedis Legato, ut ostendat Veronicam no=
bili viro Hugoni dno Baucij Comiti Avellini. Dat.
Avenioni XII. Kal. Julij, anno nono fol. 33 dicti
Regesti.

Idem

Idem fol. 97. mandat Capitulo Principis Apostolorum
de Urbe, ut ostendant Veronicam Bertrando de Cu=
naco Archidiacono Agathen. Clerico Camerae. Dat.
Avenioni XI. Kal. Septebris anno nono.

Idem fol. 113. mandat eidem Capitulo, ut ostendat Vero=
nicam nobili mulieri Comitissae Insulen. Romam devo=
tionis causa proficiscenti. Dat. Avenioni Nonis Septembris
anno nono.

Idem fol. 118. mandat dictis Capitulo & Canonicis
ut ostendant Veronicam Stephano Episcopo Eluen. con=
sanguineo suo peregrinanti ad Urbem. Dat. ut supra
2° Idus Septembris anno nono.

Idem fol. 124 mandat supradictis Canonicis ut osten=
dant Veronicam nobilibus viris Philiberto de Spinassia,
& Girardo de Borbonio, & Guilielmo de Borbonio
militibus peregrinantibus Romam. Dat. ut supra
8° Idus Septembris anno nono.

Idem mandat Capitulo & Canonicis Basilicae Prin=
cipis Apostolorum de Urbe, ut ostendant Veronicam
Arnaldo Vicecomiti Caramagin. peregrinanti ad
Urbem. Dat. ut supra XVII. Kal. Octob. anno 9° fol. 130

Idem Clemens VI. fol. 144. mandat eisdem, ut
ostendant Veronicam nobili mulieri Philippae de
Lentrico dominae de Limolio Petragoricen. dioc. Da=
tum Avenioni XV. Kal. 9bris anno IX.

Idem fol. 145. mandat eisdem ostendi Veronicam
Bertrando de Turre militi, et Beraldo dno Mercorio
militi. Dat. Avenioni XIII. Kal. 9bris anno nono.

Idem fol. 148. mandat ostendi Veronicam Ber=
nardo Comiti de Ventadoro. Dat. ut sup.a 7°. Kal. No=
vembris anno nono.

Idem fol. 151. mandat eisdem Capitulo & Cano=
nicis Basilicae Principis Apostolorum, ut ostendant
Ve=

Veronicam nobili viro Reginaldo de Pontibus Vicecomiti Carlatesij peregrinanti ad Urbem. Dat. ut supra 2°. nonas Novembris anno nono.

Idem fol. 180. mandat eisdem ut ostendant Veronicam nobili mulieri Joannæ dñæ de Sozgerijs Vandocinen. dioc. peregrinanti Romam. Datum Avenioni VIII. Cal. Xbris anno nono.

Idem Clemens sextus fol. eodem 180. mandat eidem Capitulo Sancti Petri ostendi Veronicam Joanni Archiepiscopo Rothomagensi proficiscenti Romam. Datum Avenioni Idus Decembris anno nono.

Memoria donationis nobilissimæ tabulæ crystallinæ anno Jubilei MCCCL. Sanctissimo Sudario Veronicæ elargitæ.

Ex libro antiquo manu scripto in pergameno Martyrologium nuncupato, in quo sunt nomina benefactorum Vaticanæ Basilicæ, et servatur in eius Archivo fol. 65. habetur memoria donationis pulchræ, magnæ, et mirabilis tabulæ candidissimi et perlucidi chrystalli montis, quæ hodie etiam in eodem Archivo conservatur, ornata coronicibus subtilis argenti, et anaglyphis imaginibus in gyro; æditu[o]rum incuria (ut satis est probabile) in duas partes fissa. Memoria est infrascripta.

VII. IDVS. MAII.

Isto die Anno Domini MCCCL. Jubileo providi viri Nicolaus Valentini de contrata Sanctæ Mariæ Formosæ de Venetijs, Ser Bandinus de Guarzonibus de Venetijs, et Franceschinus in Closiro de Venetijs nomine ipsorum præsentium, et nomine dicti Franceschini absentis ex speciali devotione qua

Domus Guarzonia extat hodie Venetijs.

quam habent ad Deum et Apostolorum Principem, et specialiter ad sacrosanctum sudarium, quod in Basilica nostra ex divina institutione ac dispositione est mirabiliter collocatum, ostendendum; ad multam consolationem, peccatorum remissionem cuncto populo Christiano; donaverunt et assignaverunt nobis et Capitulo nostro pulcherrimam et mirabilem tabulam de chrystallo pulchris laminis argenti deaurati in quodam ligno quadrato manentem, ponendam, collocandam ante ipsum Sacratissimum Domini Vultum pro speciali custodia et munditia ipsius Reliquiæ venerandæ. Quapropter nos et successores nostros, præfatos donatores ad omnia suffragia, orationes et ministeria Vultus divini, quæ in ipsa nostra Basilica geruntur, et propter gloriam in posterum tamquam illos qui de proprio corpore Capituli dicti existentes, ut sicut nos metipsos partes tres facimus &c.

Anno domini MCCCLII.

Ex libro manuscripto in pergameno n°. 3769. et ex alio libro simili n°. 3779. diversarum orationum et precum cum elegantissimis imaginibus sive miniaturis in Vaticana Bibliotheca sumptæ sunt sequens hymnus et orationes ab Innocentio. VI. Pont. Max. ut est probabile compositæ; nam ipse pariter fecit et instituit officium Lanceæ, de quo suo loco dicetur folio.

Sequens Rubrica est in dicto libro n°. 3769. et in alio 3779.

Rubrica.

Alia oratio de eodem, de qua dedit Innocentius Papa dicenti eam ante imaginem Veronicæ trium annorum Indulgentiam

Ave

Aue facies praeclara,
Quae pro nobis in Crucis ara,
Es facta sic pallida,
Anxietate denigrata,
Sudore sanguineo rigata.
Te territ linteola,
In quo mansit tua forma,
Quae passionis norma,
Est cunctis praelucida.
Haec cordi meo sic impressa,
Per te Jesu neque cessa,
Hoc cremare indefessa
Tui amoris facula.
Post hanc uitam cum beatis
Contemplari uoluptatis,
Possim uultum deitatis
In perenni gloria. Amen.

℣ Fac mecū signum in bonū, ut uideat qui me oderunt & confundantur.
℟ Quoniam tu Dñe adiuuisti me & consolatus es me.
℣ Signatum est super nos lumen uultus tui Dñe,
℟ Dedisti laetitiam in corde meo.
℣ Saluum fac seruum tuū,
℟ Deus meus sperantem in te.
℣ Illumina faciem tuam sup seruū tuū,
℟ Doce me iustificationes tuas.
℣ Domine Deus uirtutū conuerte nos,
℟ Ostende faciem tuam & salui erimus.
℣ Domine ex. or. m. ℟ Et clamor &c ℣ Dñs vobiscū &c

Oremus.

Deus, qui nobis signatis lumine vultus tui memoriale tuum ad instantiam Veronicae imaginē tuam sudario impressam relinquere uoluisti; per

per passionem & crucem tuam tribue nobis quaesumus ita nunc in terris per speculum in aenigmate uenerari, adorare, ac honorare te ipsum valeamus, ut te facie ad faciem uenientem super nos Judicem securi uidere ualeamus. Dnum nostrum Jesum Christum. Amen. Alia orō.

Omnipotens sempiterne Deus, de cuius munere praeeminet haec facies tua expressa tuo pretioso uultu; Plebi tuae, quae conuenit ad hanc recolendam peccatorum suorum da ueniam, & corpus, sermones, sensusq guberna, & adsis eorum qui in tua pietate confidunt. Qui uiuis & regnas Deus per oīa saecula saeculorum Amen.

Anno Domini MCCCLXV.

Ex libro secretorum Vrbani Papae Quinti anni iiij. pagina 48. in Bibliotheca Pontificia Vaticana. Dilectis filijs Capitulo Basilicae Principis Apostolorū de Vrbe, mandat ostendi Veronicam Nicolao Marchioni Estensi in ciuitate Ferrariense pro Romā. Ecc.ª Vicario limina Apostolorum uisitaturo, stante quod idem marchio ad diem solitae ostentionis praefatae Veronicae immorari non posset. Datum Auenioni XIIII. Kal. Martij anno iiij.

Nicolaus Marchio Estensis, Vicarius Ferrariae

Anno Dñi MCCCLXVII.

Ex Regesto seu libro secretorum anni sexti Vrbani Quinti fol. 144. in dicta Bibliotheca. Eidem Capitulo mandat ostendi Veronicam nobili mulieri Catharinae Marchionissae Brandeburgensi Caroli Romanorum Imperatoris semper Augusti natae deuotionis causa ad Vrbem accedenti, semel dumtaxat sibi & suis gentibus. Datum apud Montē Flasconem XVIII. Kal. Septembris anno sexto—

Catharina Brandeburgensis Marchionissa Caroli IIII. filia.

An=

Anno Domini MCCCLXIX.

Ex Regesto seu libro secretorum anni octaui dñi Urbani Papae Quinti in dicta Bibliotheca pagina 105. eidem Capitulo mandat ostendi Veronicam hac uice dumtaxat congruo tempore uenerabili fratri Joanni Episcopo Vacien', ac dilectis filijs nobilibus uiris Nicolao de Zeth militi Regalis Curiae Hungariae Judici, et magistro Cato Preposito Ecclesiae Demesien' Vespremien' dioc' decretorum doctori Ambasciatoribus Ludouici Regis Hungariae Illustris ad presentiam dicti Pontificis destinatis, et deuotionis causa ad Urbem se conferre uolentibus. Datum apud Montem Flasconem XV. Kal. Julij anno octauo.

Bulla dierum ostensionis Veronicae Urbani Quinti.

Ex Regesto seu libro secretorum Urbani Papae Quinti anni octaui fol. 133. in dicta Bibliotheca habetur bulla, qua idem Pontifex mandat Vicario suo in Urbe, ut ostendat populo ipsemet Veronicam certis determinatis diebus, qua hic ad uerbum describi.

VRBANUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili uiro Jacobo Episcopo Aretino nostro in Spiritualibus in Urbe Vicario Salutem et Apostolicam benedictionem.

CUM non deceat quod tua fraternitas, quae gerit in Urbe in spiritualibus uices nostras, ab ostentione sacri Sudarij Domini

Nostri Jesu Christi consuetis facienda temporibus excludatur; fraternitati tuae dictum Sudarium semel in quolibet infrascriptorum dierum uidelicet. Quartae Feriae, Coenae Domini, Parasceue, ac Sabbati Sancti maioris hebdomadae; necnon festi Ascensionis Dominicae, et primae Dominicae post octauam Epiphaniae Domini, diebus, quibus consueuit praefatum Sudarium ostendi populo; per te ipsum libere eidem populo ostendendi, ac contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendi; non obstante si eis, uel eorum aliquibus coniunctim uel diuisim à Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, uel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem; plenam concedimus tenore praesentium facultatem. Datum apud Montem Flasconem iiij. Kalendas Augusti, Pontificatus Nostri anno octauo.

Mandat ostendi Veronicam semel in quolibet die statuto etiam in maiori hebdomada.

Dies Hodiernae ostensionis sunt isti.

Dominica post octauam Epiphaniae Nuptiarum in Chana Galileae Vultus sanctus processioni sancti Spiritus; scilicet Archiconfraternitati, pueris, et puellis in magno numero, sacerdotibus et R.mo Praeceptori.

Feria quarta maioris hebdomadae de sero Vultus Sanctus.

Feria quinta et sexta eiusdem Maioris hebdomadis Lancea et Vultus sanctus frequentissimo populo, singulisq. Laicorum sodalitatibus binis his diebus ad septimam usq. noctis horam immensum hunc thesaurum processionis ordine cum infinitis cereis ac facibus accensis, multisq. S. R. E. Cardinalibus

sodalitio habitu indutis, alijsq; magnis Principibus deuote & humiliter cum plurimis disciplinatis uisum accedentibus.

Sabbato sancto de mane Vultus sanctus.

Dominica Resurrectionis de mane Lancea & Vultus sanctus Summo Pontifici post missam.

Feria secunda eiusdem, omnes Reliquiæ; cœpit hæc ostensio tempore Gregorij XIII.

In Ascensione Domini Lancea & Vultus sanctus post Missam Summo Pontifici; lancea ostenditur, quia in tali solemnitate ab Innocentio octauo magna pompa delata fuit ad Vaticanam Basilicam anno 1492, ut suo loco dicetur; & post Vesperas fit maximum Reliquiarum extensio.

Feria secunda Pentecosten Vultus sanctus processioni Sancti Spiritus ex decreto Sixti IIII. per eius bullam, de qua etiam suo loco dicetur.

In dedicatione præfatæ Basilicæ post missam & Vesperas Vultus Sanctus. ℣ Quisnam Pontifex instituerit ut hac die dedicationis Sudarium ostenderetur mihi est ignotum. ℣ De remissione dedicationis eiusdem ita scribunt Petrus Mallius sub Alexandro tertio, & Maphæus Veggius sub Martino V. ambo Canonici ℣ Mallius. Sanctus Siluester quia solemnitas maxima est, maximam remissionem eius prudentia omnibus ad eam deuote uenientibus condonauit ℣ Veggius. Sicut in antiquis quibusdam monimentis comperimus Sanctus Siluester concessit Indulgentiam pro peccatis perpetuam omnibus qui poenitẽtes & confessi conuenirent ad eam quotannis in ipsa solemnitate usq; ad octauam diem; Romanis quidem ac alijs uicina loca circumhabitantibus unius anni, Italicis uero duorũ annorũ, de transfre=

transfretantibus, uel transmontes è longinquiore partibus uenientibus triũ.

Præter istos determinatos dies sacrosanctum Sudarium cum Lancea numquam ostenditur, nisi dumtaxat de licentia Summi Pontificis.

¶ Antiquum iuramentum, quod Canonici Basilicæ S. Petri præstabant antequam Canonici reciperentur eius Sacri Templi inter cetera iuramento adijciebantur, quod non ostenderent Veronicæ Sudarium nisi statutis anni diebus, & alias prout sequens scriptura demonstrat.

Ex antiquo libro bullarũ & instrumentorũ scripto in pergameno signato littera. A. in Archiuo sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ pagina 57.

Pretiosissimi quoque Domini Nostri Jesu Christi Vultus imaginem gloriosam toto terrarum Orbe singularissime uenerandam, utpote ab eodem Deo & à Domino dum corporaliter ante passionem uiuenter inibi miraculose impressam sanctissimoq; eius sanguine purpuratam, quam Veronicam uel Sudarium fidelium uox communis appellat, quem in prærogatiuæ singularis insigne in eadem sacrosancta ueneratur Basilica, præterquam statutis temporibus uidelicet. In Dominica prima post Octauam Epiphaniæ, Diebus connexis maioris hebdomadæ, et in Ascensione eiusdem Dei & Dñi Nostri Jesu Christi personæ non ostendam alicui, uel pro posse meo ostendi permittam, uel ostendentem in huiusmodi ministerio sociabo; nisi ostendi deberet propriæ personæ Domini Nostri papæ, cuius in omnibus tantum est potestas excepta, uel alicui & tunc secreto clau=

uiuenet

clauis ipsius Basilicæ ianuis, & de nocte; ex san=
ctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus uel alicui & tunc
simili modo; ex Regibus, uel Regalibus, uel alteri de
mandato dñi Nostri papæ facto nostro Capitulo speciali=
ter in hac parte iuxta laudabiles & antiquas ipsius
Basilicæ obseruantias, consuetudines, & Statuta. ¶
huc usque uerba dicti Iuramenti, quod in fine uer=
bis illis. Sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei
Euangelia pronunciatis Canonici memoratæ Basilicæ,
antequam ad residendum admitterentur solemniter
præstabant ¶ Nulli portio Canonica dabatur, nisi for=
ma præscripta iurasset ¶ & quod processu temporis di=
cto iuramento adijci possent alia capitula secundum
emergentes euentus; ut in dicto libro bullarum, Pri=
uilegiorum Imperatorum & Regum, Instrumentorum
Casalium, & aliorum bonorum latius apparet, quod iura=
mentum insertum est in ampla Nicolai tertij bulla
Statutorum dictæ Basilicæ ¶ Profitebantur insuper Can.ci
prædicti fore fideles B. Petro ¶ bona conseruaturos ¶ nil
malitiose percepturos ¶ illicite recepta restituere ¶ frau=
dantes impedire ¶ damna Archipresbytero nunciare
¶ eiusdem secreta non reuelare ¶ eius iurisdictionẽ defen=
dere ¶ Nicolai tertij Statuta sup. xxx nouis Beneficiatis,
Canonicorum augmento, anniuersarijs, tribus Missis quo=
tidie dicendis, ac distributionibus faciendis inuiolabiliter
obseruare ¶ Addita sunt ipsi iuramento in bulla Nico=
lai tertij inserto atq. in dicto libro bullarum registrato
¶ De ostensione Sudarij ut supra ¶ De non alienando Ca=
strum Buccejæ à S. Leone IIII donatũ ¶ De una missa
quotidie dicenda in Altare Scti Pastoris presbyteri pro
anima Joannæ matris dñi Troyli filij Joannis Vrsini
¶ De quatuor Missis quotidie dicendis in Altare san=
cti Blasij pro anima Joannis Vrsini Diac. Card. S. Theodori
&

& Mathæi eius nepotis ¶ De quatuor missis quo=
tidie dicendis in altare S. Mariæ Prægnantiũ pro ani=
mabus eorundem ¶ De alijs tribus missis quotidie
dicendis in altare SS. Laurentij & Georgij pro anima=
bus Jacobi Gaytani de Stephanescis Nicolai III. pronepote
& Annibaldi de Ceccano eius nepotis Cardinaliũ ¶ Nec=
non de Missis dicendis in Altare S. Martialis discipuli
sancti Petri, quod à Joanne XIX. Pont. Max. fundatum
(ut in epla eiusdem ad Jordanum Epũm Lemouicensem
de sancto Martiale tamquam Aplo honorando & asser=
uatur in Archiuo epatus Lemouicis) ad meridianam Tem=
pli partem opere pulcherrimo ædificatũ & dotatũ VIIJ.
Idus Maij, quod sacellum insigni dote Prædij Casalis
Piscis extra portam Aureliam positi rubrorum ducen=
torum & hodie à Basilica possidetur Neapoleo Diaco=
nus Cardinalis S. Hadriani Vrsinus pro missis dicendis
magnifice auxit & dotauit, ut Instrumenta donatio=
nis eius Prædij clarius manifestant in Indice scripturarũ.
Illustrissima & antiquissima Vrsina domus
duodecim habuit in Vaticana Basilica Cappellas ere=
ctas & dotatas ¶ S. Mariæ in Oratorio à Paulo primo
& Nicolao III. ¶ S. Mariæ Prægnantiũ à Joanne, & Jor=
dano Vrsinis Cardinalibus ¶ S. Martialis à Joanne XIX.
& Neapolione Vrsino Card. ¶ S. Saluatoris de abundantia
à Neapolione Comite Manupelli ¶ S. Blasij à Joanne
Vrsino Card. ¶ S. Catharinæ ab Vrso filio Vrsi 1304 ¶
S. Nicolai à Nicolao III ¶ S. Pastoris Epi Aureliani ¶ Sancti
Pastoris Presbyteri Romani ab Vrso Cardinale tempore
Benedicti Noni & Joannis XIX ¶ S. Angeli à Neapo=
lione Vrsino 1335 ¶ S. Joannis Bapte à Francisco præ=
fecto Vrbis tempore Nicolai V. ¶ & Cappella Gentilis
Vrsini Canonici Cameracensis pro cuius dote dedit sex
mille florenos auri. ¶ Memoriæ earundem sunt in li=
bro

ex fasciculo 269. capsu=
la 7. ut in In=
dice fol. 86.
memoria mis=
sarum S. Pa=
storis Episcopi
Aurelianensis
et sacelli Sti
Pastoris pbri
dotati ab Vr=
so filio Vrsi
Card. Archi=
presbytero
S. Petri, et
Ex planta
ueteris Ba=
silicæ.

libro benefactorum & Indice scripturarum dictæ Basilicæ;
Illustrissima Vrsina domus XXXVI. habuit ex hac gente Cardinales, sed ex his XIII. de corpore Vaticanæ Basilicæ quorum VII. Archipresbyteri, & VI. Canonici.
Vrsus Vrsi filius Cardinalis à Benedicto nono. Nicolaus tertius Papa. Mattheus. Neapoleo. Raynaldus. Iordanus. & Franciottus Archipresbyteri. Bobo. Iordanus. Ioannes. Poncellus. Latinus. & Baptista Canonici postea Cardinales. Hæc in familiæ Vrsinorum gratia dicta sint.

Vrsus año 1035.
Nicolaus III. 1276.
Mattheus. 1277.
Neapoleo año 1305.
Raynaldus 1366.
Iordanus 1436.
Franciottus 1520.

Bobo año 1193.
Iordanus
Ioannes 1316.
Poncellus 1378.
Latinus año 1479.
Bapta anno 1483.

Anno Domini MCCCLXX.

Gregorius Vndecimus Pontifex Maximus omnibus Christi fidelibus vere poenitentibus & confessis Sacra beati Petri, et beati Pauli Apostolorum capita in magno & sublimi marmoreo tegmine ab Vrbano Quinto Laterani magnifice exstructo intra eorundem imagines argenteas inauratas eius Vrbani impensa fabrefactas ponderis mille ducentarum Marcharum argenti condita, et preciosissimis margaritis & lapidibus ornata, deuote inuisentibus concessit eandem Indulgentiam, quam consequuntur vere poenitentes & confessi præsentes in ostensione Sacræ Veronicæ sic docet manuscripta tabella Laterani ad ciborium appensa.

GREGORIUS. EPISCOPUS. SERVUS. SERVORUM. DEI. AD. PERPETUAM. REI. MEMORIAM.

PRAEROGATIVA specialis fauoris & gratiæ Ecclesiam Lateranensem, quæ super omnes alias Vrbis & Orbis Ecclesias supremum locum obtinere noscitur prosequi delectantes, ac cupientes Ecclesia ipsa ubi Apostolorum Petri & Pauli capita venerabiliter requiescunt congruis honoribus frequentetur,

frequententur, & ut Christi fideles eò libentius causa deuotionis confluant ad eandem, quò ibidem uberius dono cœlestis gratiæ conspexerint se refectos; de Omnipotentis Dei misericordia, et dictorum Apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, auctto Ap.ca tenore præsentium concedimus ut omnes vere poenitentes & confessi, qui dum huiusmodi capita populo ostenduntur præsentes erunt, tantam suorum peccatorum veniam consequantur, quantam consequuntur vere poenitentes & confessi, qui in ostensione Veronicæ sunt præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auenioni septimo Idus Maij Pontificatus nostri anno primo.

Anno eodem MCCCLXX.

Ex Regesto bullarum Gregorij Papæ undecimi anni primi folio 200. mandat ostendi Veronicam semel tantum Geraldo Abbati Monasterij Maioris Monasterij prope Turonis Apostolicæ Sedis Nuncio. Dat. apud Villam nouam Auenionen. dioc. 3.º Nonas Julij anno primo

Anno Domini MCCCLXXIII.

Ex Regesto seu libro secretorum dñi Gregorij Papæ undecimi anni quarti pagina 221. in dicta Bibliotheca. Dilectis filijs Capitulo Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, mandat ostendi Veronicam nobili viro Arnaldo Rigaldo militi Sancti Pauli dioc. sibi suisq. socijs, & familiaribus semel tantum clausis ianuis Basilicæ. Datum Auenioni 2.º Nonas Februarij anno 4.º

In originali Sancti Papuli.

Anno Domini MCCCLXXXVIII

Ex Instrumento publico in pergameno rogato à Petro de Montella notario Beneuentano super diuersis controuersijs inter Canonicos Basilicæ S. Petri ex una, ac Beneficiatos par=

partibus ex altera per Franciscum Tibaldeschum Romanū Regionis Parionis tituli sanctæ Sabinæ presbyterum Cardinalem Canonicum Priorem dictæ Vaticanæ Basilicę anno 1378. Indictione prima die 18. Julij amicabiliter compositis, & inter alia hæc habentur. In primis oblationes quę fient ante Cappellam seu in Cappella Sudarij tempore ostentionis eiusdem pertineant ad Canonicos dumtaxat, quia ipsi in ostentione eiusdem exhibent ministerium personale, Ut in eius Basilicę Archivio capsula 3. fasciculo 6. Anno domini MCCCLXXXX.

In Censuale Basilicæ s. Petri introitus & exitus redditum fol. 41. anni 1390. fit mentio Cappellæ sanctissimæ Veronicæ in processione Litaniarum maiorū, in qua inter alios Cappellanos noiat. Cappellanus Veronicæ.

Anno domini MCCCLXXXXV.

Idem in Censuale anni 1395. fol. 54.

Anno domini MCCCLXXXXVII.

Idem in Censuale 1397. fol. 60.

Anno domini MCCCCIII.

In Censuale 1403. fol. 54. in Letanijs maioribus sancti Marci dabatur distributio ut in folio uz Canonicis, Beneficiatis, Clericis, Cantoribus, Ministris Cappellani, Cappellanis Coelestiani subiectam, Mansionarijs, Mandatarijs, & Carpentarijs, ministris Episcopi, advocatis & procuratoribus, atq. factoribus. Inter ministros Cappellani Basilicę nominatur Cappella sanctæ Veronicę. De Cappellano Sanctæ Veronicę habetur mentio supra folio 24. tempore Benedicti octavi. Año Dñi MCCCCVII.

Ex Censuale anni 1407. in mense Martij. Exitus expensarū fol. 5. Mansionarijs pro scattenatura Sudarij pro quatuor vicibus ad rationem pro qualibet vice solid. 12 pro 4ª parte nrę Cameræ solid. 12. Mentio fit de catenis ipsis quibus claudebatur Ciborium in fine huius operis.

Año

Anno Domini MCCCCVIIII.

Ex Diario Antonij Petri Beneficiati dictæ Basilicæ ab año 1404. ad 1417. in Bibliotheca Basilicæ s. Petri, & in Bibliotheca Altempsiana auctographi liber à quo cetera sunt exempla desumpta; notatur quod in turbulentis schismæ temporibus Gregorio XII summo Pontifice ob bellicos tumultus à pernicioso schismate, & Ladislao Rege Neapolis Ecclesię hoste manifesto, alijsq. perduellibus in Urbe excitatos Christi Sudarium delatum fuit in arcem sancti Angeli. Diarij verba hæc sunt.

Item eodem die tertia Octobris MCCCCIX. extraximus Veronicam de loco sacristiæ maioris Sancti Petri, ubi erat reposita, & posuimus eam in domo Joannis de Oleo.

Ex his & sequentibus manifeste patet hanc sacratissimam Reliquiam diebus istis magnum hostiū periculū fuisse perpessam, prius ex Ciborio suo mota, in sacrariam Basilicę reposita; in domo Joannis de Oleo abscondita; demum in arcem sancti Angeli delata.

Folio 19. ex dicto Diario. Anno 1409 die Veneris iiij. Octobris hora Vesperorum extraximus Veronicam de sancto Petro, & portavimus eam in Castro sancti Angeli, & dñs Jacobus de Calvis tamquam Prior & Vicarius dictæ Basilicę portavit dictam Veronicam. Anno Domini MCCCCX.

Folio 24. eiusdem Diarij. Anno 1410. die Mercurij prima Januarij, Indictione tertia, hora Missæ maioris sancti Petri, dñs Jacobus de Calvis Canonicus Vicarius Prior & sacrista Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe cum sex alijs dñis Canonicis iverunt ad Castrū sancti Angeli, & ibi receperunt Veronicam, & portaverunt ad supradictam Basilicam.

Multa miseranda in dicto Diario leguntur.

Ba=

Basilica S. Petri divinis officijs saepissime derelicta. Ad ma=
gnam redditum tenuitatem, & paupertatem deducta, ut
in die solemnitatis S.mi Xpi Corporis vix cum decem albis
facibus habita sit tam solemnis processio in pede scalarum
Basilicae. Beneficiariorum sacerdotia quae hodie ad 450 scu=
ta ascendunt, minimi valoris erant, multi ea negligebant, atq(ue)
nonnulli ab eis sponte abdicabant. Civitas Leoniana quae
hodie dicitur Burgus habitatoribus deserta, quotidie plena
tumultibus. Meta & Castrum S. Angeli in defensione
contra hostes. Ladislaus Rex Romam hostiliter in=
gressus damna multa intulit, & quia devotione equo
insidens cum suis baronibus in Ecc.a Lateranensi vidit
capita Apostolorum Petri & Pauli. Basilicam Sancti Pau=
li stabulum equorum fecit. Joannes XXIII in Vati=
cana Basilica generale Concilium inchoavit. vexilla
Gregorij XII competitoris papatus supra Campanile S.ti
Petri suspendit. hostium timore Roma egreditur. Ad pontes
Urbis Sfortiam pede ad furcas appensum ligonem habentem
cum litteris Jo sono Sforza Villano della Cotognola, che
molti mali agio fatto, tradimenti contra la Chiesa etc.
pingendum tamquam rebellem iussit. omnia de=
nique confusa. Qui Ecclesiastica assequebantur beneficia
Summi Pontificij iurisiurandi sacramento adigebantur se fide=
les fore B. Petro, & inter alia Rubertum tituli Sancto=
rum XII. Apostolorum Cardinalem perditionis alum=
num, qui ausu temerario se Clementem septimum
vocabat anathematizare debebant; quod quidem
iuramentum in beneficiorum litteris Apostolicis inse=
rebatur, ut videre est in quodam formulario
bullarum Bonifacij Papae noni in Bibliotheca dictae
Basilicae, manuscripto in bambacino circa medium.

Eodem anno MCCCCX.

Die XX. septembris ex dicto Diario anno 1410.
Lu=

Ludovicus secundus Andegavensis Siciliae Rex, quem
Alexander Quintus Ladislao Rege Ecclesiae hoste privato
Regem constituerat Siciliae Regno potiturus Urbem per
Sancti Pancratij portam est ingressus, a proceribus &
Romanis civibus maxima cum dignitate exceptus.
Rex sub umbella a S. P. Q. R. honoris ergo sibi facta
equo insidebat, Petrum Ferdinandi Frias Hispanum
Episcopum Oxomensem tituli S. Praxedis presbyterum
Cardinalem (qui biennio post Antonio Calvo Cardi=
nali Tudertino mortem obeunti Archipresbyter San=
cti Petri sufficitur) Apostolicae Sedis in Urbe Legati e Va=
ticano via Aurelia sibi obviam factum veneratus
est, mutuisq(ue) colloquijs & amplexibus vicissim habi=
tis eadem sub umbella solemniter equitantes iti=
nere nobiliore ad Vaticanum devenere. Viae undiq(ue)
spectatoribus plenae, lauris, myrthis, & olivis ab Au=
relia ad sancti Angeli arcem ornatissimae undequaq(ue)
reddebantur; inclinante ad vesperam die pulsatis
campanis, facibus, & ignibus accensis ingens laetitia
in Regis gratiam in Urbe fuit. Sequenti die Mattheo
Apostolo sacra Rex cum Legato apparatu maximo
Vaticanam adijt Basilicam, ubi a Clero eiusdem super
gradibus expectabatur; ibi a Canonicis Basilicae or=
namentis Canonicalibus indutus in fratrem & Cano=
nicum Sancti Petri est receptus, moxq(ue) cum Legato Ec=
clesiam ingressus in Choro Canonicorum Missarum
solemnijs decantatis Canonici habitu indutus simul
cum Legato & alijs Canonicis interfuit; tum sacro
Christi Sudario adorato in Palatium Apostolicum se rece=
pit, & umbellam a S. P. Q. R. sibi factam Basi=
licae dono dedit. Antequam Ludovicus Roma abi=
ret Kalendis Decembris praedecessorum Regum
Donaria ex annuis redditibus olim Basilicae attri=
bu=

attributa comprobavit; hisq. donationem unciarum argenti quinquaginta super redditibus civitatis Aquilae quotannis exigendam suo diplomate in dicto Archivo asservato, ubi asserit Canonicalem fraternitatem habere, regali munificentia superaddidit. Qui die Natalis Domini accinctus itineri, ut Joanni XXIII. Summo Pontifici occurreret, in Choro Missae sacro audito, ostensis sibi Xpi Sudario, Sanctorumq. reliquijs ultimo mensis ab Urbe recessit.

Anno Domini MCCCCXI.

Idem Antonius Petri Beneficiatus. Anno 1411 feria VI. in Parasceve Joannes XXIII. P. M. cum Ludovico Rege, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, ac Romanis exterisq. proceribus Urbem petens ad Sancti Pancratij Templum via Aurelia divertit, ibiq. pernoctavit. Sabbato Sancto Missarum solemnia in ipsa Ecclesia peregit, eodemq. die Vesperorum hora solemni et ornatissimo apparatu per Aureliam Portam sub umbella equo insidens per Urbem mediam ad Vaticanam Basilicam deductus est; Rege Ludovico, sacro Cardinalium & Episcoporum coetu, ac Romanis advenisq. Principibus recto graduum ordine comitantibus. In Vaticani fori limine usq. ad infimos Basilicae gradus Joannem XXIII. Christi Vicarium equo insidentem Ludovicus Rex more maiorum Stratoris officio functus per lori frena deduxit. Pontifex equo descendit, et cum Rege reliquoq. comitatu Ecclesiam ingressus ad aram maximam precibus Deo fusis, ad Sacellum Sudarij se contulit, quod ibi solemniter ostensum devote adoravit; cuius solitam feria V. & VI. maioris hebdomadae ostensionem sui adventus causa à Canonicis fieri prohibuerat, atq. eius rei gratia plurimi in maximo numero convenerant. Dici=

Dicitur hoc dictum illo verbo addextravit, hoc est equum ducere; sic interpretatur antiquum Pontificale m. s. in Bibliotheca dictae Basilicae, n.o 10. et apud Mattheum Villanum in coronatione Caroli Quarti. Verba autem supradicti Antonij haec sunt folio 32. Anno 1411 Inditione IIII. die XI. mensis Aprilis, quae fuit dies Veneris Sancti hora Vesperorum venit dns Noster Papa Joannes XXIII. ad Sanctum Pancratium cum dno Rege Loysio, et cum omnibus dnis Cardinalibus tam Romanis, quam etiam Ultramontanis, et ibi fecit residentiam per unam noctem &c. Item die Sabbato Sancto XIJ dicti mensis de mane fecit fieri dictus dns Papa officium solemniter in Sancto Pancratio. Item hora Vesperorum intravit Urbem sub pallio cum dnis Rege Loysio, & cum omnibus dnis Cardinalibus, et cum omnibus baronibus, et equitavit per pontem Judaeorum, & Plateam Judaeorum, et per Campum Florae, et venit per pontem Sancti Petri. Item de Sancta Catharina usq. ad scalas Sancti Petri addextravit eum dns Rex Loysius. Item quando fuit in pede scalarum dns Noster Papa descendit de equo, et ibi fecit maximam reverentiam B. Petro, ut moris est. Item postmodum statim intravit Ecclesiam B. Petri, et ivit cum dicto dno Rege & cum omnibus Cardinalibus ad altare maius, et ibi etiam fecit reverentiam &c. Item statim dictus dns Papa fecit ostendere Veronicam, quia totus populus Romanus erat congregatus in Basilica Sancti Petri. Item dictus dns Papa mandavit dnis Canonicis, quod non ostenderent Veronicam die Jovis sancti, & die Veneris Sancti propter adventum suum. Hucusque Antonius Petri. In eodem Diario multoties notantur ostensiones Veronicae brevitatis causa hic omissae, ac de timore quo

quo tenebatur Basilica, ne Vincislaus Rex prædi=
ctam sacrosanctam Reliquiam Sudarij transportaret,
tantoq; Romam thesauro spoliaret; qua de causa
in arcem Sancti Angeli delata fuit. ¶ Ex Romu=
aldo Archiepiscopo Salernitano fol. 227. in Bibliotheca Va=
ticana. Gulielmus Rex uice stratoris ipse pedes
iuxta sellam usque ad Episcopatus Troiæ Ecclesiam
Callistum secundum ingenti cum honore deduxit.

Anno Domini MCCCCXX.

NICOLAUS Signorilis ciuis Romanus in libro quē in=
scripsit Martino Quinto Colemnæ Pontifici Maxi=
mo, & asseruatur in Vaticana Bibliotheca manu
scriptus de antiquitatibus sacris & profanis Urbis folio
56. hæc scribit: liber est nº 3536. Item in Ciborio cu=
iusdam Altaris existentis in ultima naue dictæ Eccl.
ad manum dexteram est reposita Veronica, idest
Sudarium Vultus Dñi Nostri Iesu Christi, quæ certis
statutis temporibus cum ueneratione maxima
demonstratur. ¶ Item fol. 32. addit hoc elogium.
Taceo Veronicam, cuius iubar in Urbe eadem
Orbem trahit, & allicit uniuersum.

Anno dñi MCCCCXXXXI.

EUGENIUS Quartus Pontifex Maximus Flo=
rentiæ existens mandat Canonicis et Capitulo San=
cti Petri, ut ostendant Veronicam Andreæ Abbati Sancti
Antonij de Aegypto, & Petro Diacono Oratoribus Ma=
gni Principis Constantini Imperatoris Aethiopum,
siue ut dicitur Presbyteri Ioannis cum debito &
solito modo reuerenter. Non obstan' constitutionibus
eius Basilicæ, & alijs ordinationibus etiam iuramento
firmatis, quibus cauetur ne extra debita, & consueta
tempora possit ostendi, à quibus eos absoluit pro hac ui=
ce. Datum Florentiæ iiij. Nonas octobris anno xj. Extat
hui=

huiusmodi bulla in Regesto inscripto. A. de Florē=
tia sub Eugenio iiij. secretarij pagina 108. & ser=
uatur in Archiuo Bibliothecæ Pontificiæ Vaticanæ.
De Iuramento non ostendendi Veronicam extra de=
bita tempora uide supra in hoc libro folio. 57.
Eugenius Quartus dum fuit Florentiæ consecrauit
Cathedralem Florentinam maximo cum apparatu,
quem eleganti stilo describit Iannoctius Manectus
ciuis Florentinus in manuscripto codice Bibliothecæ Va=
ticanæ nº. 2919. fol. 14. & ex alio manuscripto eius=
dem nº. 2920. fol. 88. ubi narrat Friderici Imperato=
ris solemnem Urbis ingressum.

Ex Alphonso Ciaccono folio 904. in Euge=
nio iiij. Anno 1441. X. octobris Abbas Sancti
Antonij in Aegypto uir insignis apud Imperatorem
Aethiopiæ uulgo Presbyterum Ioannem uocatum duo=
decim ferme monachis comitatus Romam uenit,
& ad portam obuiam illi factis Gubernatore, Sena=
tore, & Regionarijs Romanæ Urbis, Præfecto Ar=
cis Sancti Angeli, et Conseruatoribus, multisq; alijs ci=
uibus, à quibus deductus est in Basilicam Sancti Petri,
ubi illi Vultus sanctus ostensus; hospitatus est ad San=
ctum Laurentium in Damaso, & post capita Apo=
stolorum, & ceteræ Urbis Reliquiæ monstratæ fue=
runt.

Eorundem Oratorum in Urbem ingressus solemnis
cernitur hodie sculptus in Valuis æneis Eugenij 4.
ueteris Basilicæ in eorum habitu cum capitijs more
monastico, Orator Crucifixum manu gerit. Quæ
ualuæ à Paulo V. summo Pontifice instauratæ atq;
ampliatæ in noua magnificentissima media porta
sicut erat antiquitus collocatæ fuerunt octo dies ante
festum Apostolorum Petri et Pauli mense Iunio 1619.
ad

ad Eugenij, et rerum pro Ecc.ª Romana feliciter gestarũ
quæ in his celatæ sunt, perpetuam memoriam.

Oratores isti fuerunt in Concilio Florentino sub eodem Pontifice, ubi sui Principis nomine Romanam Ecclesiã sunt amplexi, cuius rei gratia in ijsdem valuis hi versus incisi leguntur à Mapheo Veggio Canonico S.ti Petri editi, ut ipsemet testatur in libro de Bas.ca S. Petri.

Sunt hæc Eugeni monumenta illustria Quarti.
Excelsi hæc animi sunt monumenta sui.
Ut Græci, Armeni, Aethiopes, hic aspice ut ipsam
Romanam amplexa est gens Jacobina fidem.

Anno Domini MCCCCXXXXIIII.

Ex eodem Alphonso Ciaccono. Anno 1444. Ad portam Flaminiam effusa obviam Eugenio die 21 Septembris Sabbato hora xij. Urbana multitudine nullo non genere honoris adhibito noctu divertit, sequenti die ad Sanctum Petrum iturus. Paratis de more supplicationibus Pontificio habitu per Urbem incedens, tumultuantem populum intelligit ob duplicatum tributũ vectigalq; novum vino impositum. Hancobrem facto silentio audientibus omnibus exactionẽ illam ut minus liberalem sustulit. Quo facto statim ab omnibus inclamatũ Vivat Eugenius; cum antea clamassent; Moriantur nova vectigalia eorumq; inventores. Viis velis usq; ad Basilicam Sancti Petri coopertis; ad altare maximum oravit, & ad corpora Apostolorũ, & in regressu ostensus illi fuit Vultus sanctus. Absens ab Urbe fuerat annos IX, menses tres, dies XXIII.

Joannes de Turre cremata Cardinalis ab Eugenio Quarto creatus in tertia parte de conse-

consecratione distinctione 3. cap. Venerabilis, ait Imago Veronicæ dicitur impressa ex Vultu Salvatoris.

Ex Blondo Flavio Romæ instauratæ lib. 3°. n°. 94. Roma habet servatam linteo Veronicæ mulieris cunctarum Orbis Ecclesiarũ primariæ atq; matris Beati Petri Basilica extantem, proprijsq; apparentem lineamentis dominici Vultus effigiem.

Anno Jubilei MCCCCL.

Fuit hoc anno ostensa Veronica cunctis Christi fidelibus ex diversis Mundi partibus Romam peregrinantibus, ut sacri Jubilei Indulgentiam consequerentur. Platina, & alij auctores. Alphonsus Ciaccon. Attigerat iam annus Jubilei 1450. cum subito tanta multitudo Romam venit, quanta numquam antea, unde Nicolaus Pontifex omni studio & diligentia adnixus ut cuncta abundarent, nihilq; deesset infinito populo ad Urbem confluenti, prædicto anno Jubilei Sabbato XIX. Decembris post ostensum Vultum Sanctũ solemnem Pontifex benedictionem populo elargitus in platea Sancti Petri. Cum autem populus à benedictione versus Pontem S. Angeli regrederetur, mula quædam Petri Barbi Cardinalis S. Angeli, quæ gestabat duas feminas in cistis, cum neque venientes, neque redeuntes ob insequentem multitudinem cedere possent, mula multitudine exterrita calcibus & impetu multos exturbans conculcavit in Ponte, in qua pressura ducenti homines periere, & tres equos & mulam suffocatam in Ponte Hadriani constat. Multi autem à lateribus Pontis in flumen cadentes in undis periere. Qui partim ad Aedem S.ti Celsi delati ad 136. sepeliendi, partim ad Campum Sanctum XVIII. curribus onustis transportati. Numquam simile infortunium visum, neq; auditũ. Hancobrem Nicolaus Pont.x vices illorum qui mortui erant dolens casulas quasdam angustiorem viam ad Pontem

Pontem facientes omnino sustulit. Hæc Ciacconius.
Ad sacrosanctum ergo Sudarium Veronicæ adorandum
maxima multitudo atra ipsa die convenerat. Nico=
laus Quintus in capite Pontis eiusdem duo sacella ro=
tunda latericia excitavit, quorum exempla habe=
mus cernunturque in Eccª. sanctissimæ Trinitatis in monte
Pincio è regione sacelli S. Francisci de Paula; ubi
animæ illorum qui tam acerbo casu obierant divinis
sacrificijs expiarentur, atque huius rei gratia partem
plateæ pontis eiusdem, in ipsaque area lapides ubi pi=
sces venduntur, tamquam pertinentiarum Ripæ Ti=
beris quæ ad Apostolicam Cameram spectant pro ani=
mabus eorundem hospitali Sancti Spiritus in Saxia
pie est elargitus; bellica vi et impetu fluminis
disiecta Petri et Pauli Apostolorum signa marmo=
rea elegantissima Clemens VII. Pont. max. illo=
rum loco substituit, ut inscriptio ibi hactenus in=
cisa legitur. Ad statuā S. Petri in dexteris

Clemens VII. Pont. Max. Petro et Pau=
lo Apostolis Urbis Patronis anno sal. christ.
MDXXXIIII. Pontificatus sui. X.

Ad Statuam S. Pauli in sinistris.

Binis hoc loco sacellis bellica vi, et parte Pon=
tis impetu fluminis disiectis ad retinendam
loci religionem ornatumque has statuas substituit.

De Jubileo Nicolai. V. hæc scribit Jannottus Manettus. folio 19.

Ex libro manuscripto in pergameno nº. 2046.
Jannottij Manettij Florentini ad Antonium Car=
dinalem Ilerdensem, et ad Joannem Cosmæ filium
in libris de vita et gestis Nicolai Quinti Summi
Pon=

Antonius Cerdanus Cardinalis Ilerdensis

Pontificis in Vaticana Bibliotheca asservato, qui Ja=
nottus fuit Legatus Reipublicæ Florentinorū in coro=
natione Friderici tertij, et Leonoræ coniugū, ut ipsemet
testatur, dicto libro fol. 36.

AD HANC celeberrimam sanctissimamque solemni=
tatem, in qua certa omnium veterum peccatorum remissio,
atque expressa cunctorum Indulgentia delictorum à cunctis
cum poenitentia ac confessione advenantibus aquirebatur.
non solum ob hanc raram divinamque festivitatem; sed eti=
am ob admirabiles Pontificalis personæ conditiones, quæ iam per
totum pene terrarum Orbem fama undique intonante pera=
graverat, tanta populorum omniū xpianorum multitudo
concurrisse et confluxisse perhibetur, ut ceteris Jubileis
hactenus celebratis, quantum coniectura augurari et
consequi valemus nomen et copia hominū utriusque sexus
non immerito praeferri posse existimetur. Tantæ enim
Pannonum, Germanorum, Cimbrorū, Britannorū, Gallo=
rum, Hispanorum, Celtiberorum, Portugallentiū, Græcorū
Dalmatum, Italorum, ceterorumque Christianorum populo=
rum, ut omnes uno verbo summatim comprehendamus
catervæ quotidie confluebant, ut concurrentiū congregatio
cuiuslibet mentis dimidio per arbitriū designato in stu=
porem admirationemque procederet. Tantæ namque et tam
magnæ adventantium gentiū catervæ quotidie concurre=
bant, ut quasi sturnorum, apumque et formicarū agmina
(mirabile et incredibile dictu) viderentur. Quid plura?
tantus adventantiū populorum concursus factus est, ut ad
celebratem illum Hadrianæ Molis pontem quo ad Ba=
silicam Petri Apostolorum Principis recto tramite hinc
inde ibatur rediebaturque, ob maximam quandā ac pe=
ne innumerabilem euntiū revenientiūque multitudinem
quadam die plures utriusque sexus homines diversis oppres=
sionibus varijsque suffocationibus inferirent. Eorum suffocatorū
nu=

memeris ad ducentesimū pene peruenisse existimatur & creditur. quod profecto in humanis obtritorum & inambulantium pedibus oppressorum cadaueribus postea compertum est. Id ubi Pontifex rescivit & satis indoluit, & ad perpetuam tanti & tam infortunati casus memoriam duas paruas Basilicas in commemorati Pontis initio duobus eius lateribus se se inuicem è regione respicientes postmodum construxit, ubi ingens praedicti casus aduersitas antea contigerat, quae quidem ab omnibus hinc inde transeuntibus propalam uisuntur. & ne simile infortuniū posthac accidere valeret, Aream magnam pluribus tabernis domibusq. ad solum dirutis effecit, quò cateruae in plateae latitudinem egrederentur.

Area Pontis Hadriani à Nicolao V. [illegible]

Pontifex ergo ex hoc tanto & tam immenso ac pene incredibili hominum ad hunc Jubileū accedentiū numero maximam ac fere infinitam argenti & auri copiam cum ob ingentiū vectigaliū multiplicationem, tum ob magnam cunctarum rerum ad victum necessariarū quotidianarum consumptionem, tum insuper ob generales uniuscuiusq. oblationes adeptus est. Unde ad perpetuā huius sacrosancti Anni commemorationem plurimos amplos & inusitatos aureos feriri & cudi fecit, quos ab effectu ipso Jubileos cognominauit, ac tanti ponderis erant, ut communi triū usitatorum aureorum pretio seu ualore adaequarentur.

Jubileos aureos cudit [illegible]

Proinde ex his duabus & obtritorum hominū, & Jubileorum aureorū causis cum ea ipsa numquam aliàs ceteris similibus annis euenisse comperimus, ac illa non aliunde quàm ob maximā quādā et pene incredibilem aduentantiū & concurrentiū personarum multitudinem profluxisse cognouerimus, hunc, de quo loquimur, Jubileum, alijs singulis ob eius hactenus celebratis numero & confluentiū populorū copia merito praeponere ac praeferre non dubitamus. At uero ubi Ponti=

Pontifex magnos & ingentes pecuniarū thesauros exinde ad Aerarium Apostolicum prouenisse cognouit, quamquam 2°. Pontificatus sui anno pluribus simul locis et intra & extra Urbem non modicis sumptibus construere & aedificare coepisset, & ingentem quoq. Latinorū & Graecorum codicum congeriem congregare statuisset, atque aliquot insuper doctrinae & humanitatis studijs praestantes uiros utriusq. linguae peritissimos annuis mercedibus & ordinarijs salarijs ad se se euocasset, ex noua tamen & inopinata praedictarum pecuniarum aquisitione ad continuam non modo coeptorum operū prosecutionem, sed amplificationem etiam, & aliorum huiusmodi innouationem mirum in modum animū applicuit.

¶ Anno domini MCCCCLI.

Ex Mapheo Veggio Laudense Canonico sancti Petri Martini V. Datario, Eugenij quarti intimo familiare praeter multa elogia de tam insigni reliquia in libro antiquitatum Vaticanae Basilicae, de Friderico tertio in eadem Basilica à Nicolao Quinto Imperij corona donato, haec inquit. ¶ Cum uero nostris temporibus Fridericus Tertius post susceptam à Nicolao V. coronam animum adhibuisset ascendere in eum locum ubi Sancti Saluatoris Nostri Sudariū decentissime ac deuotissime conseruatur, magno eius uidendi, contingendiq. desiderio accensus (quod solis tantum Canonicis concessum est) non alia id ratione obtinuit, quam quod Canonicus Basilicae sancti Petri esset, neque aliter ei illò ascensus datus, quàm cum pari habitu ornamentoq. Canonicorum. ¶ Idem Veggius de sacello Joannis Septimi & de Sanctissimo Sudario ¶ A' parte dextera introitus est oratorium insigne exculptumq. musiuo, dicatumq. Beatae Virgini cum Altare, in quo prima Missa noctis Natalis semper celebratur. Cuius auctor fuit Papa Joannes Septimus uir eloquentissimus, ubi ipse aliquod al=

altare sepultus est. In eius medio est aliud altare coo=
pertum desuper nobilissimo, elaboratissimoq. tegmine,
ubi summa cum ueneratione conseruatur, & cum tem=
pora hoc postulant ostenditur etiam populis sanctissimu
Sudarium Christi.

Eodem anno MCCCCLI.

Ex eodem Maffeo Veggio folio 13. Bibliothecæ
Vaticanæ. Postquam de cineribus Tiberij Imperatoris
in summo uertice Vaticani obelisci in globo æneo inaurato,
ut fama erat, qui nunc in Capitolio uisitur, positis, egit,
hoc subiungit: Si hoc inquam attendere uelimus quo
pluris nos æstimabimus, quod ex altera aduersa illi par=
te exstructum uidemus, nobile ac preciosum sacrariu non
ad cineres aut aliam principum uanitatem ostentandā,
sed ad conseruandum publicandumq. aliquando san=
ctum Sudariu impressamq. illi imaginem Saluatoris
Nostri Iesu Xpi, cuius dignitatis magnitudinem & excelle=
tiam satius est nunc tacere, cum per se satis ipsa res
loquatur, ac iam totus illud Xpianus Orbis omnes passim
populi parui simul & magni, ipsi etiam excelsi Reges
admirentur, uenerentur, adorent, ac tamquam præ=
cipuu & singularem omnium Mundi Reliquiarum
thesaurum summa deuotione complectantur.

Anno domini MCCCCLXII.

In Commentarijs Pij secundi libro VIII. habetur cæremonia
translationis capitis sancti Andreæ Apli factæ pridie Idus
Aprilis Dominica Palmarum 1462. ritu maxime so=
lemni, & inter alia notat ostensionem Veronicæ factā
p. Petrum Barbum Venetum Cardinalem Sancti Marci
Archipresbyterum dictæ Basilicæ, qui postea fuit Pau=
lus Papa secundus, Sabbato sancto eius hebdomadis 1462
his uerbis: Expleto sacrificio accepit Pontifex uenerabi=
le caput, & pergens in pompa cum Cardinalibus & Clero
ue=

uenit in eam Templi partem, qua sancta seruatur Ve=
ronica (sic enim appellant admirabilem Iesu Christi
faciem impressam sudario, quod Veronica insignis mu=
lier illi obtulit) stetitq. procul & iussit ostendi Suda=
rium. Petrus Cardinalis sancti Marci nobili loco apud
Venetos natus Eugenij ut diximus nepos & Archipresbyter
eius Ecclesiæ, scala conscensa uenerabilem sacramq. Domini
figuram, ter pro suo amore misericordiam implorante
populo. Fuit res uenerabilis & admiratione dignissima, illinc
sanctum intueri Saluatorem, hinc eius Apostoli preciosas
Reliquias, tum Pontificem Maximum cum Cardinalibus,
et omni Clero flexis genibus, nudatis capitibus orantem
cernere. Hoc Pius, qui caput ipsum sacratissimu ut di=
ctum est die XI. Aprilis 1462. tanta & tali transtulit pompa,
quantam numquam antea hominu mem.ª uel scripturarum
monumenta maiorem possent in mediu afferre. Basilica
Vaticana officiu eius translationis peragit annis singulis
non die XIJ. Aprilis, sed Dominica ~~tertia~~ tertia Junij,
quando Pius secundus anno 1464. sacello exstructo
cum nobilissimo Cyborio marmoreo laminis magnis ser=
pentinis integris & porphyreticis mira uarietate ornato proprijs
manibus die XV. Junij in Ara cui ciboriu imminebat
ex alio propinquo incultiore loco corpus sancti Gregorij
Magni papæ primi collocauit, & caput ipsum sancti
Andreæ Apostoli ab se intra argenteam imaginem
à pectore sursum inauratam multisq. preciosis gem=
mis ornatam ad diem memoratam XV. Junij in
Arce sancti Angeli asseruatum ritu solemni in Basi=
lica Vaticana in sæculi finem permansuru in dicto Ci=
borio recondidit, ut liquet ex memoria dicti Pij in
libro benefactorum eius Basilicæ fol. 113. & ex Censuale
anni 1464. fol. 63. in mense Junij, ubi sunt expensæ
festi repositionis dictaru reliquiaru corporis sancti Gre=
go=

Gregorij, & Capitis S. Andreæ sub die fin. xv. Junij.

¶ Anno Domini MCCCCLXX.

Alphonsus Ciacconius in vita Pauli secundi Anno 1470. Solemnis pompa ducta, in qua Pontifex cum Cardinalibus nudis pedibus processit; gestabatur imago S. Mariæ de populo, et caput S. Joannis Baptistæ, pro victoria adipiscenda aduersus Turcas Christiani nominis hostes; Indulgentia concessa plenissima ijs, qui Deum hoc precarentur. Et xv. Julij supplicationes de nouo actæ in ambitu Basilicæ Sancti Petri; ipse Pontifex gestauit Sanctum Sudarium, et caput Sancti Andreæ.

¶ Anno Jubilei MCCCCLXXV.

Fuit ostensa Veronica peregrinæ multitudini ad Jubileum aduenienti, ac principibus viris, aduenis; à Basilicæ Vaticanæ Canonicis iuxta morem præteritorum annorum sacri Jubilei.

¶ Anno domini MCCCCLXXVII.

Ex Archiuo hospitalis Sancti Spiritus in Saxia accepi hanc memoriam mense Martio 1617. Ex ampla bulla originali Sixti IIII. Pont. Max. ad fauorem dicti hospitalis ab se à fundamentis restituti, erecti, donis ac priuilegijs aucti. Sub dat. Romæ apud Sanctum Petrum XVI. Cal. Aprilis anno 1477. Pontificatus VII. In qua Sixtus IIII. mandat ostendi Sudarium Processioni Sancti Spiritus singulis annis in perpetuum die 2a Penthecosten cum Indulgentia plenaria et remissione peccatorum; volens ut in eadem processione deferatur brachium Sancti Andreæ Apostoli, quod eidem hospitali theca argentea auro et gemmis distincta clausum pie donum dederat cum articulo etiam Sancti Pauli Apostoli. Sixtus IIII. dictum brachium accepit à Basilica Sancti Petri ex traditione et dictis Tiberij Alpharani Clerici Beneficiati. In dicta Basilica erat huiusmodi brachium notant libri Sacristiæ; notatur etiam in libro Nicolai Si=

Signorilis fol. 56. his verbis. Item unum brachium cum manu de argento, in quo est inclusum brachium Sancti Andreæ Apostoli.

¶ Anno Domini MCCCCLXXXII.

In bulla Sixti IIII. erectionis decem beneficiatorum et decem Clericorum Sixtinorum, ut in dicto Archiuo Sancti Petri, sub dat. Cal. Martij 1482. In elogio dicit; Basilicam Sancti Petri excellere inter alias Orbis et Urbis Basilicas Saluatoris nostri Sudario, atque plurimis Sanctorum Reliquijs.

¶ Anno domini MCCCCLXXXVI.

Joannes Burchardus Argentinus Capellæ Innocentij 8i Magister cæremoniarum notat ostentionem Veronicæ in dicta Basilica Dom.a proxima ante festum Sancti Antonij, ex Diario eiusdem apud Cardinalem S.tæ Susannæ.

¶ Anno domini MCCCCLXXXVIII.

Idem xv. Maij in Ascensione Dni eleuato sacramento in Cappella fuit ostensa Veronica, ut populus crederet ad benedictionem, & finita missa iterum ostensa est Summo Pontifici. Anno MCCCCLXXXX.

Idem xi. Aprilis in Paschate Resurrectionis, & 20. Maij in Ascensione dominica ex dicto Burchardo.

¶ Anno Jubilei MD.

Ex Diarijs Alexandri Sexti in Bibliotheca Vaticana folio 12. Ostentio Veronicæ singulis diebus Dominicis anno Jubilei 1500.

¶ Anno domini MDI.

Ex libro Ceremoniale anni 1501 dictæ Basilicæ, folio 254. cæremonia clausuræ portæ Sanctæ, quæ fusius habetur fol. 88. in dictis diarijs Alexandri Sexti, primis Vesperis Epiphaniæ Dni per Cardinalem et Canonicos (Papa celebrante solitas Vesperas in Cappella Palatij) ante clausuram fuit facta processio et ostensio

Ve=

Veronica, deinde porta fuit clausa.

¶ Anno domini MDVI.

Ex diarijs Paridis de Grassis caeremoniarum magri
Julij Papae secundi, Bibliothecae Vaticanae fol. 204
Die sancto Paschatis Resurrectionis ostensio Veronicae
et Lanceae ex suis Ciborijs in fine missae Julio 2°.
Lancea, deinde sudarium postea ad benedictiones.

¶ Anno dni MDVII.

Die xxij. Novembris Lancea transfertur in ta=
bernaculum Vultus sancti, de quo suo loco dicetur.

¶ Anno domini MDVIII.

Marius Petri Marmorei Illyricus legauit perpetuos xij
albos cereos librarum insimul Lx. sacros. Sudario Veronicae
quotannis in hebdomada sancta, et exigunt a Societate Con=
ceptionis Urbis. ¶ Anno dni MDXIIII.

Ex diarijs Paridis de Grassis anno 1514. ostensione
sacrae Veronicae et Lanceae Leoni x. Summo Pontifici
in die Sco Paschae, et Ascensionis post missam solemnia,
deinde se conferebat ad benedictiones.

¶ Eodem anno

Leo decimus Pontifex Maximus mandat ostendi Veronicam
Generali et fratribus de observantia, ac Federico En=
riquez constat cedulis eius manu signatis in dicto Ar=
chivio Sancti Petri, capsula V. fasciculo xi. his verbis.

LEO. PAPA. DECIMVS.

Motu proprio &c. Dilectis filijs Capitulo et Cano=
nicis Basilicae Principis Apostolorum de Urbe Salutem
et Apostolicam benedictionem. Ut dilecti filij gene=
ralis minister et alij ordinis Minorum de observantia
professores spirituali consolatione reficiantur, man=
damus vobis in virtute sanctae obedientiae, ut ad
dicti generalis ministri requisitionem Sudarium
Veronicae eisdem clausis ianuis, ut moris est,
oste=

ostendatis, constitutionibus et ordinationibus Apo=
stolicis, ceterisque contrarijs non obstantibus quibuscunque.
Placet et ita mandamus. J.

LEO. PAPA. X.

Dilectis filijs Capitulo et Canonicis Basilicae Principis
Apostolorum de Urbe, ac illi vel illis ad quos spectat, et
praesentes nostrae litterae praesentabuntur sub excommuni=
cationis latae sententiae poena ipso facto incurrenda per con=
trafacientes, committimus et mandamus, ut aliquam
particulam reliquiarum beati martyris Sebastiani, quae
non sit digitus vel aliud membrum simile dilecto filio
nobili viro Federico Enriquez de Ribera Marchioni
de Tariffa, vel venerabili fratri Balthassari Epo Scalen
Praelato nostro domestico eius noie in partes Hispaniae
asportandam tradatis et consignetis; istius Almae Ba=
silicae, et Urbis nrae constitutionibus et ordinationibus,
ac statutis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Necnon
sub eisdem poenis vobis praecipimus, ut Sudarium sive
Vultum dominicum datum Veronicae, quem in ista
alma Basilica venerabiliter custoditis eidem Mar=
chioni una cum mucrone quo apertum fuit latus
dominicum secrete cum nonnullis personis illum
comitantibus, clausis tamen ianuis ostendatis, prae=
missis et alijs contrarijs non obstan.
Placet et ita mandamus. J.

¶ Anno Jubilei MDXXV.

Fuit de more ostensa Veronica Peregrinis et populo
Dei. Clemens septimus ornauit portam sanctam
stipitibus, limine, architrabe, coronice ex marmore
Chio rubro maculis sanguineis mira varietate macu=
lato, quem lapicidae portam sanctam vocant, zophoro
viridi Lacedemonio, binis magnis Pilis in fastigio Co=
vo=

coronæ appositis, Mediceorū vetus insigne.

¶ Anno Domini MDXXVII.

Anno MDXXVII. sub Clemente Septimo Pontifice
maximo atra illa die sexta Maij Joanni Apostolo sa=
cra, Dum Carolus Dux Borbonius perditionis alum=
nus maximo cum exercitu ad portam Terrionis ci=
uitatis Leonianæ, quæ nunc equitum leuis arma=
turæ dicitur, ut illam expugnaret & Romam uictor
intraret machinis & apparatu bellico instructus ap=
propinquasset, ubi & ipse proteruus dux plumbea glan=
de è tormentario puluere emissa, diuina exigente iu=
stitia, temporalem uitam cum æterna incendiorū morte
commutauit; Deo optimo maximo suæ potentiæ iaculo
impiū ipsum sic interficiente ne potens iniquitate
in sua gloriaretur malitia terram sanctam intrasse
pedibus Apostolorum Principis calcatam, sicq; & in=
numerabiliū martyrum pretioso cruore purpuratā.
¶ Clemens tanta clade ex improuiso contra Urbem
grassante in magno discrimine dolore indicibili percul=
sus in arcem S. Angeli per ambulationem à Vaticano
se recepit ¶ Hoc lugubri anno de Sanctissimo Suda=
rio hæc habentur ¶ In Archiuo æterei ianitoris
pauca eliciuntur ¶ Viuebant multi sub Pio V. &
Gregorio XIII. ex Basilicanis qui prædationem hāc
uiderant, nil memoriæ reliquerunt in tabulis, mor=
tui iam sunt ¶ pauci superfuerunt hodie, qui excidij
ipsius miserias à prædictis audierunt. ¶ Ab his nuper
accepi Sudarium Christi, Lanceam & Sancti An=
dreæ Apostoli caput in suis Ciborijs depraedatio=
nis tempore permansisse intacta salua & illæsa
¶ In tanta rerum turbatione claues Sudarij amissæ
fuerunt ex Censuale anni 1528. Sacristiæ exactor
soluit carlenos XX pro clauibus Veronicæ 675. fol. 3.
ar=

argumentū quod ex eo minime motū fuerit Sudariū
ciborio, remq; huiuscemodi si in arcem Sancti Angeli dela=
tum fuisset non est dubiū aliquod, quin Jouius & alij scri=
ptores non notassent; pariterq; aliquid extaret in Ar=
chiuo Basilicæ, atq; traditio uigeret, sicut uiget hodie apud
Basilicanos memoratos hæc sanctiss.ª pignora sanctæ Ecc.æ
à suis nequaquam ciborijs amota fuisse ¶ Quod Dei sum=
mo beneficio satis superq; tribuendum est, qui excæca=
uit illorum intellectum, ut uidentes non uiderent; &
intelligentes non intelligerent, ne ad eam excelsas &
præclaras reliquias impias & sacrilegas manus ex=
tenderent. ¶ Miraculum profecto magnū illius qui oīa
potest & omnia obediunt ei uolentis ut sacratissimi
uultus sui imago à prædonibus foret intacta, quam à
longissimi temporis tramite suo inscrutabili iudicio in
Urbe Xpianæ religionis arce tutissima collocarat
¶ Miraculum censeri debet omnino, quandoquidem ca=
nes illi contra ceteras sacrosanctas reliquias suis ar=
genteis thecis spoliandas insurgentes; istas in ambo=
nibus positas non attigerunt ¶ Hæc de Basilicæ Va=
ticanæ direptione (etsi digressio sit) ex benignitate
lectoris infra apponere libuit ¶ Occiso Borbonio
ad Terrionis portam sitam in loco nuncupato
Magello siue Macello; ita sub Carolo Magno ap=
pellato, dictumq; Macelliū propter occisiones Mar=
tyrum sub Neroniano gladio ex Tacito lib. XV. ubi
eius rei gratia Carolus suggerente Leone III. Eccle=
siam in honorem Saluatoris excitauit, uideturq;
hodie ad dictam portam habens ingressum ex pa=
latio S. Officij ut in Priuilegio eiusdem Caroli in Ar=
chiuo eius Bas.cæ asseruato; & anathematizato
ipsius Borbonij corpore in quadam ædicula angusta
quæ modo parochiæ Sancti Angeli in Fornacibus sub=
ia=

Borbonius diuina iu=
stitia ducit.r
ad macelliū
suæ iniqui=
tatis

hæc ædicula antequam Borbonij diceretur, in censualibus Vinearum Basilicæ S. Petri uocabatur Cappella Gozadini.

subiacet, militari tumultu (ut fama est, & Borbonij
ædicula appellatur) humato, dum ab illius exer=
citu Leoniana ciuitas ualidissime premeretur (ut
est dictæ Basilicæ constans fama atq traditio) Basili=
cani aliqui pij uiri desiderio anhelantes sanctorum
Reliquias & magis preciosa seruare ac in arcem
ipsam deferre, ea in sarcinam unam colligarunt, sed
tempus breue illos fefellit. ¶ Capitur Roma Vr=
bium Regina dicta die post maximam sanguinis
copiam (ut hodie etiam indicat paries palatij Domi=
nici Cardinalis de Ruuere è regione sancti Spiritus
in Saxia plumbeis glandibus totus perforatus) for=
tissimorum ciuium Regionum Pontis & Parionis
portam sancti Spiritus acerrime tutantium occi=
sorum. ¶ Basilica S. petri diripitur ¶ Reliquiæ
prædantur ¶ Inter quas erat una ex spinis Coro=
næ Dominicæ à Jordane Vrsino Cardinale Ar=
chipresbytero donata & insigni uasculo clusa
quæ omnino perijt ¶ Sancti Andreæ Apostoli ge=
nu uase chrystallino sex Leonibus substentato,
cum imagine sancti Petri & nomine Nicolai pa=
pæ quinti collocatum similiter amissum est ¶
Sancti Philippi Apostoli brachium argento & la=
pidibus preciosis occlusum cum uno cammeo
galeato, quatuor unionibus, & uno smaragdo
ornatum, rapitur & Basilica S. petri tanto the=
sauro spoliatur. ¶ Brachium unum sancti Gre=
gorij Papæ primi itidem etiam ablatum fuit, quod
nobilissimo argenteo uase optimo chrystallo &
eius Pontificis imagine decorato honorifice conditu
erat ¶ Thecam argenteam cum reliquijs Domi=
nicæ syndonis ac sancti Joannis Chrisostomi ¶
Item arculam argenteam Nicolai V. stemma
ti=

stemmatibus ornatam cum reliquijs sancti Leon=
tij martyris, & aliorum sanctorum ¶ Item uasculũ
chrystallinum cum reliquijs sancti Theodori martyris argento tectũ
¶ Item sanctorum Machabeorum reliquias ¶ Item argenteum
tabernaculum clarissimæ Vrsinorũ gentis signo gentilicio deco=
ratum cum sancti Siluestri papæ & aliorum sanctorũ reliquijs
¶ Item sancti Aegidij Abbatis in alio digno uasculo reliquias
conditas ingenti iactura tantarum preciosarum rerũ rapta,
ossibus sacrosanctis aliorsum distractis, Basilica eadem reli=
cta est, ut haberet in æternum quod lugeret ¶ Sancti Joan=
nis Chrisostomi digitus tabernaculo dignissimo chrystallino
clusus ¶ Sanctæ Claræ Virginis reliquiæ in scutella de
ambra ¶ Sabastum seu Reliquiariũ ab Alexandro IIII.
argento ornatum ¶ Tabernaculum chrystallinũ cũ pede
argenteo deaurato insignibus Eugenij papæ cœlatũ, multisq
ditatum Reliquijs ¶ Tabernaculum alterum deauratum
cum chrystallo & reliquijs sanctorum Petri & S. Pauli &
aliorum sanctorum, ac sanctæ Catharinæ uirginis; etiã
cum thecis suis omnino perierunt ossa sacratissima
& usq in sæculi finem desideratissima ¶ Sancti Lucæ
Euangelistæ caluaria à gloriosæ memoriæ diuo Gregorio
Papa primo argento tecta quæ hodie cernitur, tunc re=
tro Chori sacellum (ut antiquorum habet traditio & con=
stans in Basilica uiget fama) in puteum in tanto rerũ
anfractu à minore sacrista proicit^ur^. abscondita ibi per
dies aliquot breues immanissimæ prædæ superfuit in
primo Leonum sæuientiũ impetu ingens thesaurus ¶
Armum dextrum Sancti Stephani protomartyris à Pe=
lagio primo Summo Pontifice ad Basilicam eandem anti=
quitus ritu solemni delatum arcula argentea includunt;
nouissime intra Coronam ab Angelo sustentatã Ill^mi^
et R^mi^ D^ni^ Scipionis Cobellutij eius Basilicæ Canonici nunc
Sanctæ Susannæ presbyteri Cardinalis impensa
ex

ex argento fabrefactam hoc tam insignis reliquia
collocaretur. De costa sancti Laurentij martyris eius adi=
pe & carbonibus quibus ustus fuit, olim in taberna=
culo inaurato cum corona argentea positis atq. in Ecc.ª
sancti Salvatoris iuxta Terriones à Carolo Magno con=
structa, ut ex privilegio antiquissimo anni 797. Indict. VII.
habetur in Archivo eius Basilicæ, in maiore eius ædis ara
collocatis, & dudum illinc ad Basilicam eandem delatis,
argentum abstulerunt, quæ anno 1611. ab Angelo Damasce=
no Canonico mag.º theca aurea & argentea clausæ fuerunt
Sancti Jacobi Intercisi, Sancti Sebastiani, & Sancti Mon=
næ inclytorum martyrum capita suis argenteis the=
cis spoliarunt. Sancti Jacobi præfati sacra calvaria à
Jordane Cardinale sito donata ex suo Brachiani Du=
catu accepta; Item Sancti Sebastiani caput ab Eugenio
Quarto Pontifice Maximo intra binas argenteas imagines
lapidibus preciosis distinctas magnifice claudebantur.
Fortissimi martyris Jacobi Intercisi corpus ex Martiniano
Castro iuxta lacum Clodianum Brachianæ ditionis, ut
monumenta Braccarensis Ecclesiæ docent Paschalis
secundi auctoritate ad ipsam Lusitaniæ metropolim de=
latum fuit. Sancti Longini martyris, Sancti Josephi
ab Arimathia, & Sancti Guilielmi confessoris brachia
argento sacrilege nudarunt. Sancti Lamberti Tra=
iectensis Episcopi sacri capitis partē à Nicolao V. argento
occlusam spoliarunt. Amissæ paucæ nonnullæ aliæ
reliquiæ sanctorum, ut libri sacrarij eius temporis
docent; sed pia æditiorum illorum diligentia Deo ini=
quos satellites reprimente, ne in peiora ruerent,
multæ ea clade servatæ fuerunt. Agendæ Christo
sunt gratiæ, ut videamus nunc thesaurum magnū
in thecis argenteis complurium insignium Reliquia=
rum in sacrario Basilicæ, pro digno honore collocatū.
Cru=

Crucem magnam pijssimi Constantini Augusti auream
& argenteam. Regnum quo coronatus fuit Nicolaus V.
Rosam auream Martini V. Scutellam ex chrysopatio
argento aurato ornatam gemmam magni pretij, si talis
chrisopatius orientalis extitisset; sed hodierni aurifices pro
certo tenent hanc gemmam fuisse ex chrysopatio Alamannico
qui sunt maiores & molliores; fuisseq. magni valoris dicunt.
Scutellam ex Croniola. Naviculam chrystallinam beati
Petri ab Eugenio iiij. donatam habentem vexilla qua=
tuor, insignia Eugenij, saphiros, balassos, & alios precio=
sos lapides. Pulcitras sive Stragula funebria aurea ad
flores crispante auro Eugenij, Pauli II. Callisti III. aliorumq.
Pontificum Prioris de Roma è familia Carrafa, Petri Zaccoste,
Rhodi magistri ad XXX & ultra brevitatis causa omis=
sa. Candelabra argentea maiora & minora. Cruces
preciosissimas unionibus, saphiris, & balassis ornatas.
Calices multos. Cymilia denique cuncta ipsorū ra=
pinæ placita ingenti iactura prædati sunt. Crucifi=
xum ad hominis staturam à Carolo magno donatum
ex argento ob nigredinem & transactæ annositatis
iniuriam non cognoverunt; inde in usus sacrorū ad
nova candelabra & duas Apostolorum statuas facien=
das conversum, velicto stemmate, imagineq. priori
simile ex stucco seu mixtura ad hanc usq. diem.
Non defuit tunc Canonicorum opera de servandis
reliquijs enixe. Post direptionem namque magnum
magnum Calicem argenteū à nobiliss.ª Virgine Ursina
filia Jacobi Ursini in Ecc.ª S. Mariæ novæ sepulta pie
oblatū, qui adhuc extat. Guttur sancti Blasij
martyris in argenteo tabernaculo cum duobus An=
gelis ornato, et Justini Imperatoris Crucem ac
diversa argenti frusta à Cæsarianis militibus Ger=
manis centum ducatis redimerunt, ut Centiale
Sa=

De Carolo Magno ita scribit Maffeus Veggius fol. 46. Bibliothecæ Vatic. Quam insigne quoque et præstans illud est, quod sub Leone 3°. cum Romam idem alia vice peregrinationis causa accederet appropin[illegible] circiter passus non [illegible] Hadriano gesserat, [illegible] tum cui [illegible] gradibus ad Basilicam S. Petri profectus est, ob [illegible] Apostolorum [illegible] tot sanctorum martyrum quorum [illegible] ipse dicebat illa consecrata sit.

sacristiæ 1527. aperte demonstrat. Mirandum igitur valde est, ut nefarij ipsi prædones illecti gemmis & unionibus sacri verticis Sancti Apostoli Andreæ non ascenderint Ciborium ad argentū, lapidesq. preciosos ipsius capitis auferendum. Scribit Paulus Jovius in vita Pompei Cardinalis Columnæ non solum barbarica rabie sævitum ab his fuisse in vivos, sed etiam in mortuos tumulos aperiendo, ut raperent annulos aureos, sicut contigit de sepulcro Julij 2^i^. quod pone aram Chori situm erat plano solo, ab illis aperti rapto annulo, proiecto corpore in mediū sacelli, quod postea Æditeorum tunc opera intra angustam capsam confusis ossibus cum paramentis sacris, bellico urgente timore, in eodem loco sepultum fuit; ita ut Jovius dicit reperta fuerint Julij ossa, anno 1610. die 12. februarij in demolitione antiquæ Basilicæ. Beati Petri Templum sacralandum, cuius fama & sanctitas diffunditur per Universum Orbem, cui nefandissimus Totila, honorem detulit parcendo his qui ad illud confugerat; cuius anteriores gradus summæ venerationis ergo inclitæ memoriæ Carolus Magnus singillatim osculatus est impie profanaverunt, violando Virgines, dehonestando mulieres in magno numero, miseros Pontificiæ cohortis Helvetios occidendo tàm in Atrio, quā in Basilica, trucidato ipsorum duce lecto cubante, uxoreq. eius opem ferre nitente viro vulnerata, manibusq. mutilata, quæ ad Pij 4^i^. tempora vixit à Summis Pontificibus honeste tractata. Scribere liber horrendum facinus quod proterui illi Satellites aggressi fuerint in Lateranensi Basilica, quod opere complevissent, nisi Deus suo omnipotenti digito illis obstitisset. Relatu quondam Diomedis Fantelli Corani sub Pio iiij in eadem Basilica, et Clemente VIII. in Va=

Vaticano Templo sacristæ multoties narrantem audivi; idq. ipse acceperat à Lateranensibus Canonicis, qui excidij tempore vivebant, quod Borbonij milites in magno numero convenerunt in Sanctiss. Lateranensi Ecc^a^. ut gravi ferreo malleo unam ex quatuor marmoreis parastatis Ciborium capitum Apostolorum sustinentibus frangeret, & machinam totam ad terram deijceret preciosissimas gemmas & magnum argenti pondus, quibus calvariæ ipsæ ornatæ sunt sacrilege ablaturi, breviorem modum non invenientes ad sacrum loculum aperiendū, diffisi tot cratibus ferreis quibus valido munimine cinctus est ambo. In solario supra Tabernaculum timore presbyter latebat æditeus unus, qui ut vidit milites ipso malleo parastatam percussuros campanulam in ipso solario appensam (quod divinæ bonitati & miraculo tribuitur) pulsare cœpit; illi unde sonitus adveniret ignari non campanam, non presbyterū in lacunari absconsum ullatenus videntes, magno timore conterriti insidias timentes ab incœpto statim destitere, catervatim extra ecclesiam abeuntes, ubi sic divina faciente iustitia, dissentione quadam inter eos orta vibratis ensibus inter se certare cœperunt. Interim consultum tunc fuit sacrosanctis capitibus à Senatu Romano apud primarios duces exercitus, seruanq. suo tempore aiebat laterani clavam ipsam ferream

Anno Domini MDXXX.

Julij Camilli de Minio viri doctrina insignis, qui sub Clemente septimo vixit ex libro suarum cantionum Italicarum ita de Sudario Veronicæ pie & docte cecinit.

Poi che l'alta salute d'ogni gente,
Sangue & sudor piovendole dal vòlto
Nel vel stampossi, che la donna sciolto

Dal

K

Dal crin le porse mesta & riuerente.
Quasi semplice Agnel puro innocente,
Fra mille morsi d'aspri lupi inuolto,
Come potea benignamente volto
A lei disse con gl'occhi & con la mente.
Anima sola mossa à miei martiri
Dopo volger de lustri tornerai
Col uer ne primi accenti in ch'io risono
All'hor in carte scosse d'atri errori
La morte ch'io sostengo stenderai
Et io le dettarò dal sommo trono

Anno Domini MDXXXIIII.

Quoniam à Paulo III. usq. ad Paulum V. Sanctissimũ Christi Sudarium prout se obtulit occasio diebus solitis & non solitis ostentum fuit; superfluũ profectò uidetur ad huius operis annorum seriem texendam recentiorum temporum paginas implere.

Paulus III. Pont. Max. ad ornatum sugesti Sanctissimi Vult. vmbellã cum stragulo aureo ad flores albos pie obtulit, ex Inuẽtarijs Sacristiæ.

Anno Jubilei MDL.

Celebratio Sanctissimi Jubilei sub Julio tertio Pontifice maximo. Sudarium Veronicæ & lancea ostensa fuit sextis ferijs mensis Martij Summo Pontifici, diebus Stationum post Missam, Dominicis diebus ante & post Missam, aliquibus magnis confraternitatibus Vrbis, Vniuersitatibus, ciuitatibus, Clero & populo, paruulis & mulieribus cum suis episcopis, Crucibus & luminaribus processione ad Vrbem uenientibus, ut docet liber Inuentarij Sacristiæ in principio libri in memoria diligenter & eleganter per maiores sacristas eiusdem anni conscripta.

Vide appendicẽ ad annũ 1535. in hoc libro fol. 134.

Anno Domini MDLXV.

Fuit ostensa Veronica more solito per Canonicos consuetis diebus, & his quibus Papa ostendi mandauit, ipsiq. Summo Pontifici statutis solemnijs, ut vitreales libri

libri Diariorum indicant.

Anno domini MDLXXV. Jubileo.

Gregorius XIII. Pont. Max. aperuit portam Sanctam, & ipso anno de more ostensa fuit per Canonicos Lancea & Vultus Sanctus ex Diarijs prædictis & libro de Jubileo celebrato 1575. Sodalitates ex propinquioribus partibus n.° 431. Communicati in Basilica Vatic.ª d.° anno 354.^{m} et 400. Missæ ibidem celebratæ 47.^{m}

Anno Domini MDLXXXI.

Gregorius XIII. transtulit onus Cappellæ sanctæ Mariæ de succursu ad altare Vultus Sancti, celebrandi scilicet duas missas qualibet hebdomada; Cappellanus debet esse Sacerdos, ac de iure patronatus q. Bernardini de Cruce Nouicomi olim episcopi Comensis Canonici dictæ Basilicæ, fundatoris, et Pauli III. ab arcano cubiculo.

Sanctus Carolus Cardinalis Borromeus sæpissime Missam celebrabat in Altare Sanctissimi Sudarij Veronicæ.

Hoc anno MDLXXXI. Ego Jacobus Grimaldus cœpi inseruire Basilicæ Vaticanæ in Officio Accolytorum Sacristiæ adhuc puer indigne quidem; & tempore Gregorij Decimitertij sæpissime celebrantẽ uidi Missæ Sacrificium in altare Sanctissimi Sudarij Veronicæ gloriosum Christi Confessorem & Mediolani Antistitem Sanctum Carolum Borromeum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem tituli Sanctæ Praxedis tanta deuotione, humilitate, & lacrymis, ut circumstantes omnes ipsius fama sanctitatis ad Deum summopere excitarentur; Nec mirum si Sanctissimũ Domini Vultum Sanctus hic Pontifex tam deuote adoraret, cũ & passionis dominicæ mysteria semper in cor=

corde suo habuerit usq. ad ultimu spiritu, quem
creatori suo (unde exierat) felicissime reddidit,
sicut eius uita clare manifestat, & quod mi=
hi summæ lætitiæ est me gloriari oportet mise=
rum peccatorem cum ipso inclyto Dei servo
fuisse locutum; à me enim petijt si in eadem
Basilica puerorum extaret seminarium.

¶ Anno domini MDLXXXIX.

Alexander Farnesius Episcopus Ostiensis sacri Colle=
gij Decanus S.R.E. Cardinalis Vicecancellarius Archi=
presbyter dictæ Basilicæ optime meritus & Pauli ter=
tij nepos anno MDLXXXIX in pace quieuit. Al=
tare Smi Sudarij duobus Cappellanis dotauit in perpetuu
ut ambo teneantur singulis diebus dominicis celebra=
re Item feria secunda et sexta pro mortuis rem sacra
facere occurrente vero duplici festo procedenti die
similiter non impedita. Huius Principis beneficioru
magnitudinem erga Vaticanam Basilicam nulla un=
quam delebit obliuio; inter alia enim quæ fecit illud
regium & singulare donum obtulit Crucem nimirum
ac par candelabrorum argenti & auri materia sple=
didissa; ingenij arte, & operis uarietate insignissima
Altari Principis Apostolorum liberalissime donauit
die 2a Junij 1582. ualoris XIIIm aureorum.

¶ Anno domini MDLXXXXII.

Clemens octauus Pontifex Maximus uisitationem Apo=
stolicam prosequens uenit die 3. Julij 1592 ad Vatica=
nam Basilicam, et infra, ex uisitatione ipsius Smi
Dni quæ habetur à fol. 69. ad 76. in libro rerum
memorabiliu dictæ Basilicæ.

Ad Ambonem Vultus Sancti.

A Gregoriano Sacello sanctissimus processit ad
ambonem Vultus Sancti, pro quo ascendendo ele=
men=

tes gradus cum amplo tabulato vetro eun=
dem ambonem erecti fuerunt, quod etiam factu fuit
ad ambonem capitis sancti Andreæ Apli. Sanctissimus
Dns Noster ambonem cum ascendisset, & sacrum
Sudarium Christi Dni Nostri sanguine conspersu,
ac lanceam qua eiusdem Domini latus à milite
apertum fuit, summa ueneratione manibus contre=
ctans inspexisset; ita decreuit.
Theca argentea, in qua custoditur sacrum Sanctæ
Veronicæ Sudarium, quod dicitur il Volto Santo, dua=
bus clauibus & lochetto claudatur & intus
super ipsum Sudarium extendatur velum pre=
ciosum. Cancelli ferrei, quibus circumsepties est
ambo coloribus ornentur, eorum nodulis decenter
inauratis. ¶ Anno Domini MDXCVIII.

Ex dicto libro rerum memorabiliu fol. 123. Translatio
Sanctissimæ imaginis Vultus Sancti Saluatoris nri quæ Vero=
nica dicitur, & lanceæ qua latus eius patuit ex proprio sug=
gesto ad altare S. Andreæ supra Ciborium ob renouationem tecti &
aliquorum tignorum Nauis Smi Sudarij anno MDXCVIII.
Clemente viij Ferrariæ degente.

Dominica tertia Junij festo translationis capitis Sancti
Andreæ Apli die XXI. anno 1598. Tertia in Choro cantata
Rmus D. Gaspar Vincius Episcopus Melphiensis Romanus Canonicus
& Vicarius dictæ Basilicæ, indutus amictu, alba, cingulo, stola, plu=
uiali rubro & mitra preciosa medius inter Diaconum &
Subdiaconum Canonicos etiam paramentis rubris indutos præ=
cedente Cruce cum ceroferarijs, Clero Basilicæ, & octo ex Cano=
nicis qui inferius describentur amictu & planetis indutis, ac=
cessit ad ad altare Vultus Sancti, ubi deposita mitra supra
faldistorium ibidem ante altare paratum genuflectens
aliquantulum orauit ceteris omnibus similiter orantibus.
Facta oratione stans dixit alta uoce in feriali tono, oremus
&

& Diaconus dixit sine nota Flectamus genua, et Subdiac. similiter leuate. Tunc Epus dixit. Aufer à nobis quaesumus Dne cunctas iniquitates nostras, ut ad Sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire Per Dnum &c. His peractis Diaconus imposuit Mitram, & cum praedictis ministris ascendit Suggestum, ubi asseruantur Vultus Sanctus & Lancea, et deposita Mitra genuflexit, Diaconus deinde aperuit locum, tunc Epus stans dixit Orationem. Mentibus nris qs Dne Vultus sancti tui lumen benignus infunde, cuius & sapientia conditi sumus & prouid.a gubernamur. Per Dnum &c. Postea cum Diacono & Subdiacono genuflexus cum eisdem fecit more solito Confessionem; inde Diaconus accepit Vultum sanctum, illumq dedit Epo genuflexo, & submissa uoce alternatim cum ministris pis Miserere mei Ds pronunciando detulit supra ornatissimum thalamum siue feretrum ante altare dispositum, supra quod octo ex Beneficiatis & Clericis umbellam sustinebant. Delato Vultu Sancto & facta genuflexione iterum ascendit praed.m locum & dixit Oratioe. Deus qui unigeniti filij tui pretioso sanguine ex latere profluente, sacrum lanceae ferrum sanctificare uoluisti; concede qs nos q. eiusdem dni pignoris gaudemus honore, tua quoq ubiq protectioe gaudere Per eundem &c. & eodem modo accepit Lanceam & ad feretrum detulit. Interim dum ferebatur Vultus Sctus, Chorus cantauit in cantu figurato hymnum sequentem Salue sancta facies etc. & dum portaretur Lancea V. Quo vulneratus insuper mucrone diro lanceae &c. Lancea & Vultu sancto feretro collocatis Epus accepta mitra imposuit & benedixit incensum in duobus thuribulis. His actis processio progredi coepit, et tàm Canonici quàm alij cu accensis intorticijs bini & bini antequam discederent ante dictum feretrum genuflectentes duobus thuriferarijs thalamum praecedentibus, Epo cum Diacono & Sub=

Subdiacono subsequentibus deuentum est ad altare Sci Andreae, ubi feretro à Canonicis paratis in praeparato loco posito, Epus nudato capite, completo hymno à cantoribus dictoq V. Signatum est super nos lumen Vultus tui Dne R. Dedisti laetitiam in corde meo, Epus cantauit in feriali tono Orationem praedictam Deus qui unigeniti filij tui &c. & Orationem sequentem. Deus qui nobis signatis lumine Vultus tui memoriale tuum ad instantiam B. Veronicae imaginem tuam Sudario impressam relinquere uoluisti. praesta supplicibus tuis, ut qui eam hic in speculo & aenigmate ueneramur in terris, desiderabilem ac ueram faciem laeti & securi uidere mereamur in caelis. Per Dnum &c. Qua finita Diaconus facta genuflexione accepit Vultu Sanctum illumq dedit Episcopo genuflexo, qui illum sine mitra detulit supra Ciborium in quo est Caput sancti Andr.ae; Deinde illum dedit Diacono, qui inibi in loco suo sacram & diuinam imaginem statuit, eoq ordine etiam lanceam reposuit. Interim Chorus cantabat hymnu Salue sancta facies &c. V. Quo uulneratus &c. Quibus absolutis Eps cu Diac.o & Subdiacono ostendit populo qui totam Basilicam repleuerat, lanceam & uultum Sanctum. Inde cu alijs Canonicis paratis recessit in Sacrariu. Fuit postea cantata Solemnis Missa ut moris est, qua finita fuit ostensu Sci Apli Andreae caput. Hymnus cantatus in eadem processioe à Symphoniacis legebatur in tabula manuscripta appensa Sacello Sudarij cum oratione Deus q nobis signatis &c. Huius hymni meminit Jacobus Philippus Bergomas.

Salue Sca facies nri Redemptoris
In qua nitet species diui splẽdoris
Impressa panniculo niuei candoris
Dataq Veronicae signu ob amoris.
Salue decus saeculi, speculum scorum
Quod uidere cupiunt spus celoru
Nos ab omni macula purga uitiorum
Atq nos consortio iunge beatorum.

Salue nra gloria in hac uita dura
Labili & fragili cito transitura
Nos perduc ad patriam o felix figura,
Ad uidendam faciem, q est xpi pura.
Esto nobis quaesum. tutum adiuuame,
Dulce refrigerium atque consolame
Ut nobis non noceat hostile grauame,
Sed fruam.r requie cu beatis. Ame.

No=

Nomina Canonicorum Religuias baiulantium

Horatius Capisuccus Rom. Decan.	Darius Boccarinus Aretinus
Paulus Bizonus Rom.	Tiberius Mandosius Rom.
Marius Alterius Rom. Bas.ce theolog.	Aloysius Raynaldutius Fanensis
M. Ant. de Magis à s.to Seuerino Picen.	Fabricius Verallus Romanus
Ant. Maria Aldobrandin. Florentin. Diac.	Paris Pallott. à Calderola Subd.

Anno eodem MDXCVIII. Reliquiae eodem suo Ciborio vestiuntur die XXX. Nouembris.

Impensis Fabricae, instaurato nouis lignis tecto sanctiss. Sudarij, et maiores nonnullae trabes mediae nauis breui casurae pronis sublicis tigno et muro adactis firmiores reddite, die XXX. Nouembris festo s.ti Andreae Ap.li maxima astante multitudine Sanctissimas easdem Reliquias ijsdem ritibus suo loco et ciborio pr.es Episcopus restituit, Clemente VIII. Roma absente.

Anno Jubilei MDC.

Clemens Octauus Pontifex Maximus aperuit, clausitq. Portam Sanctam anni Jubilei. Fuit ostensa Veronica et Lancea peregrinis et alijs Xpi fidelibus iuxta veterem consuetudinem per Canonicos Basilicae; ut distincte notatur in Diarij libello in pergameno manuscripto atq. in sacra eius portae maceria cluso à me tunc confecto fideliter; dum ipso anno in Sacristae officio essem constitutus; Missarum numero totius anni, Communionum, Sodalitatum, Summi Pontificis ad quatuor Ecclesias egressibus multisq. alijs dicto sacro anno peractis ad perpetuam rei memoriam accurate descriptis, singulisq. diebus sedulo notatis ¶ In Basilica S. Petri missae celebratae hoc anno Jubilei 41239 ¶ Communicati 318000 et 900 ¶ Sodalitates forenses 609. ex his fuerunt uiri 62000 et 289. mulieres 36.328 In totum M 98.617. ¶ Summus Pontifex uisitauit qua=

quatuor Ecclesias diebus LX. interpolatis, aestiuo tempore per duas horas ante auroram erat in Basilica ¶ Oblationes huius anni ∇ 6033–35. ¶ In sacra maceria aurea numismata XXV. maiora scutorum XI pro quolibet, praeter iiij. ∇ 3–50. ¶ argentea XXV. ∇ 1– pro quolt. ¶ Aerea 50. posita in limine portae, et habent imaginem Clementis claudentis portam Sanctam cum litteris. Absoluto anno Jubilei MDC. et in alijs cum porta s.ta clausa et litteris. Aperuit et clausit anno Jubilei 1600. et imag. Clementis pluuiale indutj cum eius nomine.

Anno D.ni MDCII.

Herminius de Valentibus à Trebula Spoletani Ducatus, ex Canonico sancti Petri à Clemente Octauo Cardinalis creatus, et à Paulo V. Faventiae Episcopus [illegible] Moenianum Ciborij Sanctissimi Sudarij pretioso Stragulo nigro holloserico uilloso cum sua simili umbella ornauit.

Anno D.ni MDCVI

Ex temporum serie iam superius enarrata clare patet Sacrosanctum Veronicae Sudarium stetisse in sacello Joannis septimi nongentis annis usq. ad Sanctissimum D.num nostrum Paulum Quintum Pontificem maximum, qui Vaticanum Templum Romanae Monarchiae superba aedificia superans à Julio secundo anno 1506. die 18. Aprilis Sabbato in albis, solemni expleto sacrificio posito primario lapide inchoatum, ad finem operarum grandi pecunia 700, 800, et aliquando plurium operoso labore perducere aggressus, caementariorum, baiulorum tantum hoc numero comprehensum, atq. lapicidarum plurimorum, et latomorum effodientium Tiburtinos lapides et puluerem puteolanum ac decoquentium calcem; Ill.mo et R.mo D. Euangelista Pallotto Cardinali Consentino Archipresbytero eius sacri Templi uiuae uocis oraculo Sudarium Veronicae, Lanceam, et Sancti Andreae Apostoli caput ex suis li=

Ciborijs in Sacrario Basilicæ deferri mandauit, donec in nouum Templum deportarentur, Plenaria concessa Indulgentia litteris in forma Breuis emanatis atque in Archiuo eius Basilicæ asseruatis, quarum exemplum est istud.

PAULUS PAPA QUINTUS

Vniuersis Christi fidelibus præsentes litteras inspecturis Salutem & Apostolicam benedictionem.

SI unquam Christi fidelium ardor & pietas in Deum elucet, tum profecto est cum sacris Dominicæ Passionis mysterijs & sanctorum Reliquijs peculiari quadam religione obstricti esse cernantur. Ex quorum pio frequentiq. aspectu non modo Christi Domini ac Redemptoris nostri cruciatuum, eiusdemq. necis indignissimæ memoria recolitur, verum etiam magnus in ipsum Christum amor, qui pro generis humani salute tam dirum mortis genus subijt, & simul aduersus peccata, quæ etiam illi mortem conflarunt, odium acerbissimum excitatur. Cum igitur veteris Apostolorum Principis Basilicæ altaria eiusdem Christi Domini & Saluatoris reliquijs consecrata, in alio dignius magnificentiusq. extructo & antiquo illi contiguo Templo nostro iussu collocanda sint, & propterea sanctissima nostræ Redemptionis mysteria, Velum illud scilicet insigne & admirandum, cui dum idem Dominus tamquam Agnus innocens ad occisionem raperetur, suum os sacratissimum spinis redimitum & sanguine ac sudore perfusum mira=

mirabiliter impressit, & Lancea qua pretiosissimum eiusdem mortui pectus effossum, simul aqua & sanguinem emisit. Cumq. præterea caput sancti Andreæ Apostoli, & corpora sanctorum Gregorij Magni, Joannis Chrisostomi, Leonum primi, secundi, tertij & noni, & Bonifacij Quarti Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, ac sanctæ Petronillæ Virginis ad eandem nouam Basilicam propediem transferenda, et in altaribus eiusdem Basilicæ per nos designandis honorifice constituenda sint. Nos ut maiori cum ueneratione ac populi frequentia huiusmodi translationes fiant, utq. animarum salus magis augeatur cælestes Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Deo constituti sumus libenter erogamus. Supplicationibus itaq. dilecti filij nostri Euangelistæ tituli Sancti Laurentij in Lucina presbyteri Cardinalis Cusentini, nec non dilectorum filiorum Capituli & Canonicorum eiusdem Basilicæ, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus utriusq. sexus Christi fidelibus uere pœnitentibus & confessis ac sacra Communione refectis, qui translationibus præfatis faciendis, & cuicumq. illarum deuote interfuerint, aut præfatam Basilicam quocumq. ex diebus per nos præscribendis, in quibus translationes huiusmodi fieri contigerit à primis Vesperis usq. ad occasum solis dierum huiusmodi deuote uisitauerint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die præfatorum id egerint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus post dictos dies minime ualituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die

extant in Archiuo sancti Petri aliæ literæ in forma Breuis sub dat. die 22. Decemb. 1605. et incipiunt Cum Cum honore etc. plenaria Indulgentia in translationibus sanctorum Simonis et Iudæ ac Processi et Martiniani.

die XXIJ Decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

M. Vestrius Barbianus.

Locus ✠ Annuli Piscatoris.

Illustrissimi dñi Cardinales Congregationis Sacrorum rituum de Sanctissimo Sudario, Lancea, & capite Sancti Andreæ transferendis ita sanxere; ex Diario seu Cæremoniali fol. 513. in Bibliotheca Vaticana n°. 4933.

Anno Dñi MDCVI. mense Januarij XIIII.

His diebus præteritis cum iam fere omnes Reliquiæ, et Sanctorum corpora ex antiqua in nouam Basilicã Sancti Petri translatæ fuissent, et adhuc remanerent insigniores Reliquiæ nempè Vultus Sanctus, et Lancea Dñi nostri Jesu Christi, ac caput sancti Andreæ, & iam vellent artifices ac fabri demoliri tectum & parietes Ecclesiæ antiquæ; consultatum fuit quo ritu atq. ordine dictæ reliquiæ ex antiqua in nouam Basilicam essent transferendæ, & multi volebant ut hæc translatio seu trãslationes fierent ritu solemnissimo cum interuentu Papæ & Cardinalium, et ideo Sanctissimus dñs Noster ordinauit, ut de hoc tractaretur in Congregatione Sacrorum Rituũ, prout factum fuit die sabbati XIIII. huius mensis Januarij, ubi post longam consultationem Rmi dñi Cardinales eiusdem Congregationis fuerunt in sententia, ut translationes huiusmodi fierent priuatè & sine strepitu multis de causis, quas longũ esset hic referre. Quam sententiam Congregationis Sanctissimus approbauit, et ideo tam Vultus sanctus Veronicæ, & Lancea Dñi Nri Jesu Xpi, quàm caput Sancti Andreæ Apostoli fuerunt de nocte & priuatè Januis Ecclesiæ clausis à Canonicis cum interuentu Rmi dñi Cardinalis Cusentini Archipresbyteri translatæ de loco ubi in antiqua Ecclesia conseruabantur in Sacristiã

Sacristiam Canonicorũ, ut ibi in loco tuto & clauibus clauso conseruarentur et custodirentur, donec locus seu loca in noua Basilica, ubi erant transferendæ essent totaliter & bene accommodata; in quæ postea translatæ fuerunt, ut suo loco dicam, et post hæc statim fabri cœperunt demoliri tectum & parietes dictæ antiquæ Ecclesiæ. Huc usq. dictus liber.

Translatio Subsecuta.

Illustrissimus dñs Cardinalis Cusentinus eius Templi Archipresbyter die XXV. Januarij anno MDCVJ. hora noctis secunda cum dimidia personaliter constitutus unà cum infrascriptis RR. dd. Canonicis Paulo Bizono, Pomponio de Magistris, M. Antonio de Magistris, Aloysio Cittadino, Aloysio Raynalducio, Comite Octauio Ostense Taxono Præceptore Sancti Spiritus in Saxia, Joanne Baptista Bandino, Marcello Phylonardo, et Dauide Pallotto Canonicis eiusdem venerabilis Basilicæ ante aram Sanctissimi Sudarij ut supra positam unà cum dictis dñis Canonicis suo quotidiano habitu indutus genuflexus in nuda terra dixit Oremus R. Flectamus genua et leuate. Aufer à nobis quæsumus dñe cunctas iniquitates nostras etc. Oremus mentibus nris Deus qui unigeniti filij tui &c. ut supra fol. 75. Tum R. d. Pomponius de Magistris Stola indutus medius inter Aloysios supradictos de more Cardinali et populo ibi astanti sacrum lanceæ ferrum ex suggestu ostendit, deinde tabernaculum chrystallinum, in quo Sanctissima hæc reliquia conseruatur eius integumento serico operuit, illudq. reuerenter gestans à ciborio descendit, et sub umbella expectauit donec Sanctissima Sudarij imago ostenderetur; et R. dñs Paulus Bizonus Canonicus medius inter dictos Aloysios sacram et venerabilem Saluatoris Nostri figuram ostendit. Quo facto illam suo integumento argenteo clausit, quam deuotè gestans Ciborium descendit, et sub umbella ad dexteram cum

cum Sudario, & idem Pomponius ad sinistram cū ferro lanceæ præcedentibus Cruce ac intorticijs albis accensis delatis à Cano=
nicis, Beneficiatis, & Clericis Hymnū lustris sex qui iam peractis concinnentibus eodem Ill.mo dño Cardinale Archipresbytero, ac
R.mo dño Fabio Blondo Patriarcha Jerosolymitano Pontificiæ fa=
miliæ Præfecto ac populo subsequentibus umbellam, reuerenter
ac deuote delata sunt ex dicto Ciborio ad aram Sancti Andreæ
Apostoli; ibiq expectarunt donec R. d. Marcus Antonius de Mag=
stris Canonicus deferens caput Sancti Andreæ Apli ciborium
descenderet. Qui post orationem de Sancto à Cardinale re=
citatam cum sacro capite descendit, et ad sinistram Vultus sci
incedens eodem processionis ordine deuentum est in sacrariū
Basilicæ, & in postremum Archiui cubiculum, ubi idem Ill.mus
dñs Cardinalis benedixit capsam ferream è Pontificali; deinde
dixit hanc orationem ℣ signatum est ℟ dedisti lætitiam & Oratio
Deus qui nobis signatis & ut supra fol. 75. Qua finita Ill.mus
dñs Cardinalis proprijs manibus inclusit intra ferream arcam
aureis pannis intus ornatam sacrosanctas Religuias Sudarium,
lanceam, & caput sancti Andreæ; clausitq capsam tribus
clauibus, quarum unam quæ media erat manubrio ex
auricalcho ornatam intra caetinenam ex broccato aureo et
rubro positam Ill.mus Cardinalis cum interuentu eorundem
Canonicorū tradidit supradicto Patriarchæ, qui illam sacrosanctis
manibus S. D. N. exhiberet; alias duas claues dedit R. d. Pau=
lo Bizono Canonico Maiori sacristæ. Inde egressi omnes tecta
capsa serico rubro auro texto sub umbella in d.o cubiculo appri=
me ornato, Cardinalis clausit portam per quam ianicus ac=
cessus patet ad dictum cubiculum illamq dedit Canonico
Bandino Archiuistæ; ostiumq illicò firmatum est optimo mu=
ro velidtis ante loci fenestram tribus continue lampadibus
ardentibus. ¶ Die XXI. Februarij Statio ad sanctā Bal=
binam anno MDCVI. inopinato accidit dicta die anni=
uersaria obitus Julij Secundi; qui anno MDVI. alterā
Ba=

Basilicæ partem demolitus fuerat, recurrente sæculo
Pauli V. Pont. Max. iussu reliquam partē æquari solo cæ=
ptam fuisse, demissa trabe ex abiete integra & mi=
randa palmis CXXXIII. Romanis longa Tecti maioris
nauis.

**¶ Delatio sanctissimi Sudarii Lanceæ, & capitis Sancti Andreæ Apostoli in nouum Tem=
plum Sancti Petri die vigesima prima Martii
feria tertia maioris hebdomadæ, hora noctis ter=
tia, anno domini millesimo sexcentesimo sexto.**

Absoluto opere suggesti in nouo Templo Sancti Petri nobilis=
simis politisq marmoribus, positi in dextera parastata ma=
ioris Altaris eiusdem Principis sub maximo Tholo, unde populo
celeberrima Sancti Saluatoris nostri imago, quæ Veronicæ di=
citur, ac lancea qua latus eius effossum est publice osten=
derentur; Ill.mus & R.mus D.D. Euangelista Pallottus Cardina=
lis Cusentinus dictæ Basilicæ Archipresbyter nolens Christianū
populum his diebus sanctis ad has reliquias inuisendas in
maxima multitudine confluentem spirituali solatio carere,
accelerato opere et ad finem perducto statuit dicta feria san=
ctæ hebdomadis reliquias præfatas, & sancti Andreæ Apostoli ca=
put ex Archiuo Basilicæ in dictum suggestum & locum trans=
ferre. Igitur die lunæ XX. Martij MDCVI. idem Illustrissi=
mus Cardinalis post celebratam missam in sacrario benedi=
xit capsam cypressinam sericis pannis uestitam pro recon=
dendis ipsis Reliquijs, ut in Pontificali; Deinde se contulit ad lo=
cum et suggestum præfatū, eosq similiter benedixit & aspersit
aqua. Idem fecit in altero suggesto alterius parastatæ, ubi
hodie seruatur caput Sancti Andreæ Apostoli. Die uero sequē=
ti XXI. Martij feria tertia eiusdem sanctæ hebdomadæ MDCVI.
deiecta maceria et aperto ostio cubiculi Archiui hora no=
ctis secunda accersitus fuit Illustrissimus Cardinalis Archipbr
qui una cum aulicis suis, Canonicis in fratris, ac R.R.mis dñis
Me=

Metello Bichio Senensi Soanę Episcopo, & fratre Angelo Roccha Episcopo Tagastensi Apostolici Sacrarij Præfecto ex suo Archipresbyterali Palatio sito in Atrio dictę Basilicę, se contulit in Archiuium primo, ibiq̃ præsentibus dictis RR.mis Episcopis, ac Canonicis eiusdem Basilicę, scilicet RR. dd. Paulo Bizono, Pomponio de Magistris, M. Antonio de Magistris, Francisco Franco, Aloysio Cittadino, Alexandro Scotto, Tiberio Ricciardello, Antonio Maria Aldobrandino, Comite Octauio Estense Taxono Præceptore Sancti Spiritus in Saxia, Joanne Baptista Bandino, Germanico Fidele & Dauide Pallotto; Insuper excellentissimis dnis Friderico Cæsio Duce Aquæspartę, & Joanne Angelo ab Altaemps Gallesij Duce, qui ad hoc uenerunt ut sacrosanctum Sudarium ac Lanceam proximi conspicerent, uideruntq̃ in Archiuio cuncta propinque ingenti solatio. Cardinalis indutus suo quotidiano habitu accepit Stolam & dixit orationem Aufer à nobis &c. Deinde fuit aperta capsa ferrea, et dixit alias orationes supradictas ut in libro & pro capite Sancti Andreæ Maiestatem &c. Inde RR. dd. Canonici Paulus Bizonus accepit Vultum Sanctum, Pomponius de Magistris Lanceam, & Comes Octauius Estensis Taxonus caput Sancti Andreæ Apostoli induti Stolis supra rochettum & superpelliciũ, & quilibet ipsorum associatus à binis Canonicis, descenderunt Archiuium. Prius caput Sancti Apostoli Andreæ, deinde lancea, postea Sudarium sub umbella gestabantur. Præcedebat Crux cum duobus Candelabris, sequebantur Symphoniaci Motecta Bone Jesu suauiter concinnentes, Clerus Basilicę cum luminibus, duo alia candelabra. Thuribulum unum Sanctas reliquias thurificans; Post umbellam Illustrissimus dnus Cardinalis, dictiq̃ RR.mi Episcopi in multitudine populi copiosa. Intrauit Basilicam ueterem per nauem Sancti Andreæ in Templũ nouum. Ingressi sunt tantummodo locum suggesti Cardinalis Archipresbyter & Canonici dumtaxat; post ostensionẽ ipsarũ

Illustrissimus et excellentissimus dnus Joannes Angelus ab Altaemps Gallesij Dux, et Ill.mus et excellentissimus dnus Fridericus Cæsius dux Aquæspartę proximi uiderunt uultum sanctum in Archiuio Vaticanę Basilicę.

ipsarũ reliquiarũ; easdem in sua fenestra et loco ad hoc fabrefacto collocarunt. Cardinalis illis ter incensũ obtulit, et ptis orationibus recitatis clausit fenestram porta ænea, descenditq̃ cum Canonicis notario, & testibus sera scalam cochlidem, & portam clausit, deditq̃ claues omnes Canonico Bizono maiori Sacristæ, præter unam supradictam claudentem fenestram exhibendam sacrosanctis manibus Sanctissimi Domini Nostri, quam ipse suiq̃ beatissimi prædecessores ex antiquiss.ma consuetudine retinere semp conueuerunt.

Anno Domini MDCVII.

Die Mercurij Nona Maij MDCVII. in media naue ueteris Vaticanæ Basilicę, iuxta magnos sepultos parietes Circi Caij & Neronis columnatum maius sinistrum à Templi ingressu sustinentes, non longe à loco ubi erat Sacellum Sanctissimi Sacramenti, dum egererentur noua fundamẽta subtus terram palmis XXX. inuentus est humi sepultus æneus nummus, quadrata forma habens in una parte claues decussatas, in altera vultum Saluatoris; literæ nullæ apparebãt; illum statim ut repertus fuit ostendit mihi Joannes antonius Chertus Fabricæ supraestans, tunc exemplum sumpsi fideliter ad hoc schema, asseruitq̃ se illũ uelle tunc præbere Ill.mo Cardinali Archipresbytero.

Anno Domini MDCXI.

Illustrissimus & Reuerendissimus dnus Scipio Cobellutius S. R. E. Presbyter Cardinalis Sanctæ Susannæ tunc Vaticanæ Basilicę Canonicus pia erga Sanctissimum Jesu Christi Sudarium religione motus ante aptatam magnã fenestram, unde eadem sancta facies populo ostenditur,

yco=

yconem imaginibus Veronicæ & Apostolorũ Petri & Pau=
li coloribus expressam, cum umbella serica desuper dono
dedit.

Anno Domini MDCXII.

Cum R.mus d.nus Angelus Damascenus Romanus Vaticanæ Basilicæ
Canonicus ante fenestram magnam aptidatam in parastata
Summi Tholi, ubi ex nobili marmoreo suggestu ad sinistram ara
maximæ Caput sancti Andreæ Apostoli populo ostenderetur
yconem cum imagine sancti Andreæ Crucem amplectentis
pia largitione fecisset cum serica desuperq. umbella, anno
MDCXIJ in eiusdem Ap.li uigilia 29. Novembris sacra
ipsius caluaria intra argenteum caput cum pectore multis
unionibus ac gemmis ornatissimo à Pio secundo Pontifice
Maximo clusa, ex suo ciborio ob deturbatam antiquã Basi=
licam anno 1606. ut supra scribitur in nouum Templum
translata et in proxima dextera parastata cum mysterijs
Sacrosanctis Sudario & Lancea reposita, aliquibus accensis
cereis à Marcello Phylonardo Altavista et Canonico Stola in=
duto reverenter ad dictum suggestum sinistræ excelsæ pi=
læ ritu priuato defertur; ubi intra loculum sacro uertici
præparatum cypressinum, sericum, uenuste ornatũ, ostio
æneo munitum ad æternam diuini nominis gloriam re=
uerenter collocatur. Die sequenti Apostolo sacra ab alto
meniano primum ostenditur, sex elapsis annis in proxi=
ma sudarij parastata ostensum.

Quomodo claudebatur antiquum ciborium Sudarij.

Sanctissimum Sudarium Veronicæ in antiquo ciborio ita
claudebatur. Fenestra loci Sanctissimæ reliquiæ lata pal=
mis tribus, alta palmis quatuor primo duabus portis æneis
à Celestino Tertio factis uecte et sera occludebatur; interio=
rem huius ostij clauem Pontifex maximus penes se à lon=
gissimis temporibus retinere consueuit. Item duabus
alijs

alijs portis extrinsecis ferreis binis seris munitis, cuius
ostij claues maiores sacristæ Canonici tenebant; supradi=
ctæ portæ æneæ & ferreæ duæ tantum, binaq. ostia,
erant quadrifariam diuisæ; asseruantur hactenus
inter fabrilia instrumenta fabricæ sancti Petri. In his
extrinsecis portis fixi erant aliquot annuli ferrei
quatuor uel sex intra quos ad summitatem Lacunaris
supra ciborium quatuor longæ solidæq. catenæ trahe=
bantur in ipsa fenestra stilobata optime firmatæ, quas
in lacunari quaternæ [illegible] & seræ occludebant.
harum claues ijdem Canonici tenebant. Usus harum
catenarum à Ciborij conditore Joanne septimo Papa, ut
est probabile, antiquissimus est. Mansionarijs quibus
claudendi cura imminebat stipendium dabatur à Ba=
silica, ut notant libri censuales ab anno 1404 & 1407
ad hanc diem. Catenæ ipsæ nectebantur binis longis
et ualidis uectibus ferreis cum annulis portarũ supra=
dictis; claues ijdem Canonici tenebant. Ill.mus D.nus
Cardinalis Archipresbyter si uellet, & Canonici dumta=
xat has sanctissimas Reliquias ostendendi curã habent,
et nullus alius non permittentes quemquam ad meni=
anum ascendere cuiuscunq. status et dignitatis existat,
nisi sit Vaticanæ Basilicæ Canonicus. Ciborium à
duobus lateribus et in facie muniebatur ferrea cra=
te. Ascendebant Ciboriũ ueteres scala lignea XIJ plus
minus graduũ, quæ à dicto lacunari fune continuo pen=
debat; demittebatur uolubili instrumento quo utuntur
cæmentarij ad trahendam calcem (connochiam vo=
cant) consentis Canonicis in altum eleuabatur. Cum
publice ostendebantur campanæ tres minores in la=
cunari appensæ à Nicolao Quinto ut in his docet in=
scriptio sculpta hodie in parastata Sanctissimi Vultus
uisuntur pulsabantur patentibus ianueis; si priuatim
clau=

clausis ianuis et non pulsatis campanis saltem pro=
xima porta Sudarij clausa ex antiquo more ut indi=
cant literæ Gregorij XI. et Leonis X. ac iuramenta
Canonicorum, de quibus in hoc Libro folio 57. 59. 69.
In his Campanis hæc legitur inscriptio

NICOLAUS PAPA . V.
FECIT ANNO IUBILEI
MCCCCL . PONT. SUI
ANNO. IIII. CRESCEN
TIUS DE PERUSIO
ME FECIT.

De capsa argentea, in qua sacrum Sudarium asservatur.

Sanctissimum Sudarium continetur atq. custoditur intra quandam capsam argenteam satis antiquam, quæ binis ostiolis clauditur tabernaculi instar serico uilloso uiridi intus uestitam; illamq. uidi in translatione eius sacræ reliquiæ in nouum Templum. Habet infrascriptas imagines Sanctissimi Vultus, Apostolorum Petri à sinistris, Pauli à dextris, et magistri Matthei Canonici genuflexi ad pedes sancti Pauli. Quo tempore idem Canonicus uixerit mihi ignotum est, satis est ipsum antiquum fuisse Canonicum; Nam imagines ipsæ præsertim Sancti Pauli scripturæ rotulum non ensem tenentis, caracteresq. literarum magnam demonstrant uetustatem. Reperitur anno Dni 1360 quidam Mattheus Mattarolus Canonicus ex Indice scripturarum folio 202. Sed puto hunc minime fuisse tam recentioris ætatis respectu antiquitatis thecæ ipsius argenteæ.
Harum autem imaginum, quæ argento sculptæ
sunt

sunt, exemplum est tale.

MAGISTER
MATTHEUS
HUIUS BASILICÆ
CANONICUS
FIERI FECIT
HOC OPUS ET
ALII.

De Icone sine penicillo facta, quæ erat subtus ciborium in ueteri Basilica.

Subtus ciborium ante altare Sanctissimi Sudarij in ueteri Basilica Icon extabat habens imaginem Beatæ Veronicæ Sudarium gestantis, Petri ad dexteram, et Pauli ad sinistram sine penicillo facta, et ut Tiberius Alpharanus aiebat, digito obductis coloribus fuit ab artifice picta. Sunt hodie in ipsa ycone hæ litteræ. Per Ugo da Carpi intaiatore fatta senza penello, sunt autem ad pedes sancti Pauli. Pictor iste sub Clemente septimo uixit, ut notant libri impressi de recto scribendo caracteres à dicto Ugone ligno incisos. Icon ipsa
ser

seruatur hodie in Sacrario Basilicæ.

Theodoricus Gothorum Rex Arianus nauem Sanctissimi Sudarij figulineis magnis tegulis suo nomine impressis multis in locis restituit.

DVM uetus Basilica Almi Principis Apostolorũ anno MDCVI dissolueretur eius tecta uisendi gratia conscendi. Maioris nauis totum æneum erat. Lateralium partim æneis, partim figlineis tegulis tecta operiebantur. Supra nauem Sanctissimi Sudarij, & sancti Andreæ erant aliquæ tegulæ magnæ figulineæ cum nomine Theodorici Gothorum Regis; duas ex his seruandas curaui in Archiuo eius sacri Templi, quarum exemplum infra subijcitur. Consideret benignus lector quanta fuerit uniuersi Orbis deuotio erga tam excelsam Principis Apostolorum Basilicam, quod etiam hostes Christianæ fidei, sicut fuerunt Totila, & Theodoricus Arianæ hæresis perfidus sectator ambo Gothorum Reges eandem reueriti fuerint. Totila capta Vrbe parcendo his qui ad Sacratissimam ipsam domum confugerant; Theodoricus Anastasio teste offerendo dona Beato Petro bina cerostata argentea librarũ LXX. atque ut dictæ tegulæ ostendunt tecta Sanctissimi Sudarij imbrium guttas stillantia restituendo. Exemplum autem est huiusmodi.

REGNANTE D.N.
THEODIRICO
BONO ROME.

REGNANTE
D.N. THEODI
RICO. FELIX
ROMA.

Peregrinis dabantur signa plumbea uel stannea cum imaginibus Sanctissimi Sudarij & Aplorum Petri et Pauli in signum receptæ deuotionis.

INnocentius Tertius Pontifex Maximus, qui ante Pontificatum Vaticanæ Basilicæ Canonicus fuit sui Pontificatus anno primo Ex Bibliotheca Vaticana Epistola 281 concessit Archipresbytero & Canonicis sancti Petri redditus qui de signis plumbeis siue stanneis imaginẽ Apostolorum præferentibus, proueniunt, quorum hactenus schema & exemplum peregrinorum continuata deuotio conseruauit; habent enim huiusmodi signa claues sancti Petri, Apostolos Petrum & Paulũ, et in fa=

Sti=

fastigio, et medio sacrosancti Sudarii Veronicæ; pileis
suta devotionis ergo peregrini deferunt ad hanc diem. Ho=
norius item Tertius anno sui Pontificatus sexto Innocentij
prædecessoris litteras confirmauit, mandans ne quis excom=
municationis poena inflicta huiusmodi signa formare præ=
sumeret, nisi de Capituli Sancti Petri licentia, quæ daban=
tur peregrinis in signum susceptæ peregrinationis ex Biblio=
theca Vaticana Epta nº 216 anni VI. et ex Archiuo præ Ba=
silicæ. Nec pauca erat pecunia quæ ex dictorum signorum
fusione percipiebatur à Capitulo, quandoquidem omnes
peregrini his signis se muniebant; tantaq; erat multitudo
peregrinorum ad Basilicam ipsam confluens, ut mirandum
sit valde in hodierni diei comparationem. Ipsi namq; Basi=
licæ eleemosynæ à fidelibus anno quolibet pie oblatæ, ut
inquit Jacobus Cardinalis Sancti Georgij de Stephanescis
Romanus Nicolai Tertij pronepos ad XXX circiter floreno=
rum millia ascendebant, cuius uerba hæc sunt in libro de
centesimo Jubileo Bonifacij 8. cap. XI. Et ne quicquam inta=
ctum obliuioni deseratur temporalis Basilicis emolumenti
aliquid deuotionis signum accreuit; namq; quæ celeberrima
toto terrarum Orbe altaria singulis iamdudum annis
ex peregrinantium oblatis Apostolorum Principis, florenorum
auri XXX^M. 405. florenorum
afferebant millia triginta circiter annum, et XX^M.
Doctoris hoc centesimo retulere, non ex magnis auri, uel
argenti donis, sed ex usualis monetæ prouinciæ cuiusq;
minutijs, licet non omnino oblationes præsertim uel pauper=
tate præpediente iniectæ sint deuote, oblata deuote dis=
pensantur, castris casalibus, prædijs ex ea pecunia ipso
Summo Pontifice iubente ad ius et proprietatem Basilica=
rum comparandis, ac deinde ex ipsorum redditibus di=
uinis, Apostolorumq; augendis cultibus officijsq;. Hæc Ja=
cobus Cardinalis præfatus.

De

De sanctitate autem Vaticanæ Basilicæ ita breuiter scribit
Maffeus Veggius fol. 64. Bibliothecæ Vaticanæ, ubi narrat
in compendio historiam Marcellini Papæ relatam à Romualdo
Archiepiscopo Salernitano qui sub Alexandro III. uixit in Chronicon as=
seruato in d.a Bibliotheca. Enimuero cum ex antiquis quæ
traduntur monimentis constet omnes Summos Pontifices in ea
reconditos, tum manifestum deprehensum est cum aliquando
fundamenta eius aperiremus, uel propter sepelienda noua cor=
pora Pontificū, uel propter reficienda quæ disrumpi sæpe contin=
git pauimenta. Siquidem sunt multoties inuenti non pauci
per totam hinc inde Basilicam subterranei tumuli marmo=
reis, nitidis, et eximie politis tabulis constructi. Tanta autem
sepeliendorum ibi Pontificū auctoritas fuit; tantiq; apud omnes
habita non tam humano, quàm iudicio diuino, ut sicuti
aliqui tradunt cum Marcellinus Papa sub Diocletiano Imp.
Christum, quia Petri æmulus propter metum mortis abnegasset;
tamenq; postmodum habito etiam ad id Concilio reatus sui
poenituisset, ut ad martyriū suscipiendum ultro pergens ne à
quoquam corpus eius sepeliretur sub anathematis poena ve=
taret, mansisseq; ita illud inhumatum XXX. diebus; cum
anathema ipsum nemo non formidaret; apparuit in somnis
Beatus Petrus Marcello successori eius, atq; illi. Quid dor=
mis dixerit Marcelle? aut quid me insepultum dimittis?
Obstupefacto quoq; ei talibus uerbis subiunxerit; Legisti ne
eos qui se humiliant exaltandos esse? Et an magna rei=
detur tibi fuisse humilitas Marcellini, qui se etiam
sepulcri honore indignum iudicauit, ut bestiarū dentibus
discerpendus magis relinqueretur, surge otius & corpus
eius iuxta meum recondе; ut qui eandem gratiam veniæ
apud Deum inuenimus, eundem etiam locum tumuli ha=
beamus. Hæc Veggius
Oblationes Altaris Sancti Petri tam de arca, quàm de alijs
ministerijs, præter ministeriū altaris B. Leonis Noni

Papæ

Papæ ad Summum Pontificem spectabant, præter quartam partem Canonicis eius Basilicæ, ab Gregorio III. donatam et ab Hadriano IIII et alijs Pontificibus confirmatam ut ipsorum diplomata in Archivo S. Petri hactenus ostendunt, quo divinis laudibus diu noctuq; alacrius insisterent, et in Choro non otiosi sederent, sed se in cantilena et psalmodia sedulo exercerent. Erat iuxta altare maius magna arca eleemosynaria, quam Cadaolus Antipapa qui Honorius secundus dictus est invasit, ex Petro Damiano lib. 3. epla 4. Ex vita Innocentij cuius manuscripta in Archivo Pontificio. Ab initio promotionis suæ universos proventus ad se pertinentes de oblationibus Sancti Petri in opus eleemosynarum deputavit. Idem per suas litteras in Archivo S. Petri asservatas; significat universis Xpi fidelibus oblationes Sancti Petri præter 4.am Canonicorum partem pro tectorum imbricibus, luminarijs, et pauperum necessitatibus deputatas esse. Sanctus Leo Nonus donavit de oblationibus fidelium quæ offerentur in Altare Sancti Petri sub quo sacrum et venerabile corpus eius requiescit, et de confessione ipsius Altaris decimam partem ad restaurationem ipsius sacri Templi in ædificijs parietibus, picturis, tignis, tectis, imbricibus, luminariorum concinnationibus, lampadibus, vitreis, et candelis atq; thimiamate, ut in eius bulla in Archivo Basilicæ pto. Eugenius Tertius donavit Canonicis S. Petri 4.am partem ut dixi. Hadrianus IIII. Alexander III. confirmaverunt. Idem fecit Innocentius III. anno p.o n.o 281. Idem Nicolaus IIII. anno p.o n.o 90. confirmans etiam indulgentias d.æ Basilicæ. Joannes XXI. anno p.o n.o 132 concedit Capitulo quandam portionem oblationum maioris altaris ad Papam spectan. Cœlestinus V. ut in bulla in Archivo S. Petri concedit quasdam oblationes dicti Altaris ad se spectantes. Joannes XXII. anno 3.o n.o 1386 concessit Caplo in subsidium quotidianarum distributionum oblationes et vota et quosdam reditus quos solvere tenebantur campsores consistentes in cameris iuxta cœmeterium Canonicorum

Ido-

Idem anno p.o n.o 2.o Vicario Urbis et Capitulo Principis Apostolorum, ut fiat arca pro eleemosynis. Idem anno XV. fol. 2005. n.o 2. Philippo Can.co altarario ut oblationes altaris Sancti Petri colligat et fabricæ Ecc.æ applicet. Idem anno 3.o mandat eidem Can.co ut inhibeat sub pœna ne quis inducant fideles ad offerendum alibi quam in altare maiori. Anno 1410 Alexander V. quadriennio durante in sacrarijs usus, et pro tectorum reparatione oblationes ad se spectantes donavit ut in eius bulla in Archivo Bas.cæ pto.

Monumenta insuper scripturarum Archivi eius Basilicæ, bullarum Leonis Noni, aliorumq; Pontificum, Neapolionis Ursini & Annibaldi Senatorum Urbis ex scripturis ad iura sepulturæ dictæ Basilicæ spectan. ut in Indice Archivi pti, frequentiam fidelium maximam fuisse docent sacra limina visitantium; nam peregrini erant de foro beati Petri; bona ipsorum ab intestato decedentium Basilicæ erant; In eius cœmeterio sepeliebantur; Contigit enim aliquando exhumari cadavera peregrinorum iuribus Basilicæ faventibus & sepeliri in dicto Cœmeterio, sicuti de corpore Abbatis Aversani et aliorum contra Canonicos S. Laurentij in Damaso. Sanctæ Cæciliæ Transtiberim etiam Canonicos; Sanctæ Mariæ Transpontinæ et sancti Apollinaris. Reditus igitur qui ex dicta signorum fusione percipiebatur magnus erat, licet hodie ad nihilum redactus.

Fasciculo 355 capsula 71. Canonici Sanctæ Mariæ Transtiberim inierunt pacta cum peregrinis sepeliendis anno 1374. Fasciculo 186. capsula 71. Sententia contra Archipresbyterum et Canonicos S.æ Mariæ Transpontinæ occasione cuiusdam peregrini exhumati & sepulti in cœmeterio S. Petri vigore privilegij Leonis noni. anno 1362.

Quod si Basilica Compostellana tanta pollebat frequentia peregrinorum ex sententia Callisti secundi, quanto magis Apostolorum limina, quorum visitatio ut alias dixi validior est ad salutem quam duorum annorum ieiunium, præcipua Apostolici Præsulis sedes, Sanctissimo Sudario Jesu Xpi Veronicæ et innumeris sanctis in ea sepultis divinitus insignita. Et si non magis æque tamen ac non minus quam Compostellana frequentata. Hæc ait Callistus in historia sancti Jacobi Apli Galleciæ in ser-

mo-

sermone translationis eius fol. 65. in Bibliotheca Ba=
sancti Petri.

Ad eius namque Basilicam creberrime divina fiunt à Do=
mino per eum miracula. Aegri veniunt & sanantur, cae=
ci illuminantur, claudi eriguntur, muti loquuntur, Demo=
niaci liberantur, moestis consolatio datur, & quod maius
est fidelium preces exaudiuntur; ibique gravia delictorum
onera deponuntur, peccatorum vincula resolvuntur. O
quanta sanctitate et gratia beatus Jacobus refulget in cae=
lis, qui virtute Dei tanta miracula agit in terris. Quia
velut polorum altitudo, vel marium profunditas ab ali=
quo investigari, vel mensurari nequit, sic magnitudo mi=
raculorum & virtutum eius à nullo valet numerari.
Ibi vero Angelorum Chori frequenter condescendentes
humilium vota accipiunt, et ad summi Regis aures
in caelestibus referunt. Illuc populi barbari & domesti=
ci cunctorum Cosmi climatum adveniunt. Scilicet
Franci, Normanni, Scoti, Hiri, Galli, Theutonici, Hiberi,
Vasconi, Baioari, Navarri impij, Basli, Gothi, Provin=
ciales, Garasqui, Lotharingi, Gauti, Angli, Brittones,
Cornubienses, Flandri, Frises, Allobroges, Itali, Apuli,
Pictavi, Aquitani, Graeci, Armeni, Daci, Norvegi, Russi,
Georgiani, Nubiani, Parthi, Romani, Galathae, Ephesi,
Medi, Tuscani, Calabriani, Saxones, Siciliani, Asiani,
Ponti, Bithiniani, Indiani, Creti, Jerosolymitani, Antio=
cheni, Galilaei, Sardani, Cypriani, Hungari, Bulgari,
Iselavoni, Africani, Persae, Alexandrini, Aegyptij, Suri=
ani, Arabes, Colossenses, Mauri, Aethiopes, Philippen=
ses, Cappadoces, Corinthi, Elamitae, Mesopotamiani,
Lybiani, Cyrenenses, Pamphyliani, Ciliciani, Judaei
et caeterae gentes innumerabiles, cunctae linguae, tribus
et nationes ad eum tendunt per catervas et phalanges
cum gratiarum actione vota sua Dño persolventes,

Prae=

praemia laudum deferentes. Nimio gaudio miratur, qui
peregrinantium choros circa beati Jacobi Altare venerandi
vigilantes videt. Theutonici enim in alia parte, Franci
in alia, Itali in alia catervatim commorantur cereos
ardentes manibus tenentes, unde tota Ecclesia ut sol vel dies
clarissima illuminatur. Unusquisque cum patriotis suis per
se vigilias sapienter agit. Alij citharis psallunt, alij Ly=
ris, alij tympanis, alij fistulis, alij tubis, alij sambucis, alij
violis, alij rotis Brittanicis vel Gallicis, alij psalterijs, alij
diversis generibus musicorum cantando vigilant, alij pec=
cata plorant, alij psalmos legunt, alij eleemosynas caecis
tribuunt. Ibi audiuntur diversa genera linguarum, di=
versi clamores barbarorum, loquelae & cantilenae
Theutonicorum, Anglorum, Graecorum, caeterarumque tribuum &
gentium diversarum omnium mundi climatum. Non
sunt loquelae neque sermones, quorum non resonent vo=
ces illorum. Huiusmodi vigiliae ibi sedulae habentur. Alij
enim vadunt, alij redeunt, & diversi di=
versa munera sacrificant. Si tristis accedit quis, laetus
recedit. Ibi semper solemnitas assidua celebratur, festivitas
sedula agitur, praeclara celebritas die noctuque excolitur.
Laus & iubilatio, gaudium & exultatio iugiter decan=
tantur. Omnes dies & noctes quasi sub una solemni=
tate continuato gaudio ad Domini & Apostoli decus
ibi excoluntur. Valvae eiusdem Basilicae minime clau=
duntur die noctuque, & nullatenus nox in ea fas est
haberi atra, quia candelarum & cereorum splendida
luce, ut meridies fulget. Illuc enim tendunt pauperes,
felices, feroces, equites, pedites, satrapes, caeci, manci, optimates,
nobiles, heroes, proceres, praesides, Abbates. Alij nudis pedibus,
alij sine proprio; alij causa poenitentiae ligati ferro, alij
Crucis signum ut Graeci manibus portant; alij sua
pauperibus tribuunt; alij ferrum aut plumbum ad opus

Apo=

Apostoli Basilicae manibus defenit; alij ferreos ve-
ctes & manicas è quibus per Apostolum liberantur de
iniquorum ergastulis humeris portant, penitentiam agen-
tes, delicta lugentes. Hoc est genus electum, gens sancta,
populus Dei, electio gentium, & caetera quae sequuntur.
Hoc Callistus Secundus Papa.

Basilica sancti Jacobi cereorum splendore ut meridies
fulgebat; idem de Basilica Sancti Petri extitisse li-
quido apparet ex tot generibus lampadarum quas
enumerat Anastasius praesertim in vita Hadriani, qui
Farum maiorem fecit pendentem cum 1370 candelis;
Ex donatione sancti Gregorij papae primi plurium oli-
vetorum in Porticu Basilicae, hodie [illegible]; Ex Bene-
dicto Petro de Ordinibus Romanis et dignitatibus Urbis in
Vatic.a Biblioth. inquit in nocturnis Stationibus accen-
debantur retia; in diurnis candelae. Ex Mallio ha-
betur collucere in d.a Bas.a lampades 150. in Stationibus 250
et nominat rete plenum luminibus quod dependebatur
in Atrio. Ex Panvinio lib. V historiae Vatic. Bas.ae manu
scripto de donis Constantini Magni, aliorum Impera-
torum & Regum ad ipsam luminariorum. Apparet igi-
tur patentissimam fuisse populorum frequentiam ad
tam expeditam [illegible] notam D. Petri Basilicam tantis
luminibus adornatam, [illegible] praecipue Domi-
nici Vultus Sudarium in ea summa veneratione
visuram [illegible] undique confluentem. Additur
quod forum Vaticanum peregrinae multitudinis gratia
semper erat tanquam Emporium. Ex Cencio Camerario
qui postea Honorius III. appellatus est, de censibus Rom.
Ecclesiae fol. 80 et Cencialibus eidem Basilicae ab anno
1378 circa ubi habentur loca vendentium Veronicas,
loca Paliarioni hodie Coronarij vocantur appellati pa-
liarij ob paleas in quibus utuntur in ponendis precarijs
Co-

coronis; loca negotiatorum, Campsorum, Ciarmatorum, Fiolariorum,
Ferramentorum, Scriptorum, & alia. Leo X. eius fori iura
à palatij militibus occupata suo diplomate in d.o Archivo as-
servato Basilicae vindicavit. Legitur hodie in Eccl.a S. Mariae
Campi sancti epitaphium pictoris Veronicarum hisce verbis

CORNELIA. FILIA. CORNELII. DE. BREL. THEVTONICI. VXORQ.
IOANIS. DE. LVMEN. IN. RO. CV. VERONICARVM. PICTORIS. HIC
SITA. EST. VIX. AN. XXVI. OBIIT. XXVII. IVN. MDXXVI.

Signa autem Stannea vel plumbea hic ista.

I. De Sanctissimo Sudario in signis Capitulanbus impresso.

In antiquis argenteis Stemmatibus Capituli & Canonicorum eiusdem Basilicæ, quibus imprimuntur signa quæ sunt claues pendentes cum papali Thiara ad epistolas & publicas negociorum litteras muniendas in uertice Thiaræ, tamquam galea, clypeus, decor, & decus tanti Templi ponitur Sanctissimus Vultus Sudarij Saluatoris Nostri Veronicæ. Stemmata hæc sunt

Non solum in ipsis argenteis Stemmatibus S.mum Sudarium habetur, uerum in magnis Templi fornicibus opere gypseo, et ad portas Basilicæ ornandas festis solemnibus inter myrteos encarpos Sanctissimu Sudariu tamquam diuinu Sanctitatis & deuotionis argumentu in Vatic.a Basilica gloriose conspicitur.

II. In parastata dextera Sanctissimi Sudarij Julius secundus posuit primariu lapidem.

In parastata dextera, ut dictum est superius, summi Tholi hæc Sanctiss.a Reliquia (preciosissimus Vrbis thesaurus ut Clemens IIII. scribit) maxima ueneratione colitur. Julius secundus Pontifex maximus die XVIII. Aprilis Sabbato in Albis anno MDVI. primariu lapidem ab se benedictum post habita Missarum so=

solemnia in fundamento dexteræ parastatis, in qua hodie Sacrosanctum asseruatur Sudarium, diuino numine inuocato, ad æternam Omnipotentis gloriam, et Principis Apostoloru honorem Sacro astante Cardinalium Collegio & tota Curia ritu maxime solemni collocauit. Franciscus Cardinalis Soderinus Volaterranus nuncupatus supra altare maius B. Petri cantauit Missam Summo Pontifice, sacro Cardinaliu, et Epor. cætu astante. Qua finita processionem habuit ab ara maxima per Capellam Sanctæ Petronillæ quæ erat in loco ubi nunc est Sacellum Sanctorum Apostolorum Simonis & Judæ ad Aegyptum; hic locus est platea lapicidaru Eccl.æ S. Stephani maioris retro apsidam Basilicæ ad occasum, quã incolunt maiori Abyssini ex concessione Capituli; forte Aegyptus ob Mauros ipsos, uel Aegyptios ibi habitantes; In ambitu enim Bas.cæ eiusdem diuersæ aduenaru nationes ultramarinæ morabantur. Postea ad fundamentum ubi tabulis et trabiculis scala fuit disposita qua per clementes gradus Julius Pontifex Maximus descenderet. Magna erat fundamenti profunditas, magna latitudo, ob quæ à pluribus & præsertim à Papa dubitabatur de ruina, præcipue propter populum qui maximus circumstabat, propterea ipsemet Papa aduersus eos qui in ripa ædificij erant clamabat ut inde recederent. In imo etiam fundamenti multæ surgebant aquæ, ubi plures euacuatores æqualiter ministrantes erant. Res profecto admirabilis uidere Summum Pontificem Juliu senem in ipsum descendere fundamentum; illum non auertit magna profunditas, quem nec bella pro Ecc.æ ditione tuenda et uindicanda suscepta, ad quæ intrepidus accessit, minime auerterant, nec ab illis magnanimum eius cor recesserat retro; non timuit ruinam de qua ob populi pressuram dubitabat; non timuit in descendendo periculum ob uertigines quæ in homine præsertim sene poterant euenire; sed diuino fretus auxilio, immensoque erga beatissimum Apostolorum Principem ducto amore, cuius nomini vastissimum Templum Orbis terræ miraculum futurum ma=

M

magno animo aggrediebatur; descendit Julius secundus in ipsum fundamentum cum duobus Cardinalibus Diaconibus assistentibus dumtaxat; nullusque alius Cardinalis vel episcopus aut Praelatus cum Papa descendit. Ibi iuxta Pontificalis libri caeremoniam primarium lapidem posuit, non ut iaceret, sed quasi staret adherens parieti, ante quod fuit positum uas testaceum cum duodecim numismatibus infrascriptis, quem duodenarium numorum Apostolorum duodecim honori à Julio sapienter factum fuisse credendum est, imitatus in hoc gloriosae memoriae Constantinum Maximum Augustum, qui ueteris Templi Sancti Petri fundamenta inchoando xij terrae cophinos in honorem xij Apostolorum proprijs humeris egesserat. Descenderunt pariter Magister caeremoniarum, muratores aliqui, & quidam faber argentarius, qui attulit duodecim monetas nouas siue medallias latas sicuti est una hostia Missae communis, grossas uero sicuti costa unius gladioli communis ab una parte erat imago Papae Julij cum his litteris uidelicet. IVLIVS. LIGVR. SECVNDVS. PONT. MAX. ANNO. SVI. PONTIFICATVS. III. M DVI. & ab alia parte erat forma Templi siue aedificij, quod ibi uolebat erigere cum his litteris uidelicet. INSTAVRATIO. BASILICAE. APOSTOLORVM. PETRI. ET. PAVLI. PER. IVLIVM. II. PONT. MAX. & inferius erat hoc uerbum VATICANVS. Harum autem monetarum duae tantum erant aureae, quae ut Magister Caeremoniarum scribit ponderis erant quaelibet uiginti ducatorum auri, & aliae decem erant ex auricalcho, quae omnes fuerunt positae in uno uasculo uili luteo testaceo singulari. lapis quoque qui fuit positus primarius erat ex albo marmore latus duarum palmarum communium, et longus quatuor, grossus uero

uero digitorum quasi quinque, ab una parte haec inscriptio erat incisa.

AEDEM. PRINCIPIS. APOSTOLORVM. IN. VATICANO. VETVSTATE. ET. SITV. SQVALENTEM. A. FVNDAMENTIS. RESTITVIT. IVLIVS. LIGVR. PONT. MAX.
ANNO. M DVI.

In alia parte eius lapidis nihil penitus erat scriptum. Haec notauit Paris de Grassis Julij Summi Pontificis caeremoniarum Magister in suo Diario asseruato in Vaticana Bibliotheca pagina 206. Diuina itaque dispositione sacrum Sudarium in ea collocatur parastata, cuius fundamentum Julius secundus benedixit; quae portentosi operis Tholum à Sixto Quinto Pontifice Maximo in sublimiorem & Romanae potentiae et hodierne lucis quouis in terris aedificio admirandam molem mira celeritate et grandi pecunia aedificatum firmissime sustinet.

Anno Domini MDCXVI. Constantiae Austriacae inclytae Poloniae Reginae petitum Sacrosancti Sudarij exemplar mittitur à Sanctissimo Dño Nostro Paulo Quinto Pontifice Maximo.

Serenissima Constantia Austriaca Poloniae Regina pia erga Sacrosanctum Sudarium deuotione permota Sanctissimo Domino Nostro Paulo Quinto Pontifici Maximo per suas litteras humiliter supplicauit, ut ipsius Sanctissimi Sudarij uerum exemplar sibi trans=

transmittere de Apostolicae plenitudinis gratia dignaretur.
Sanctissimus dns Noster pijs tam inclytae tamque Catholicae Reginae
uotis benigne annuens Ill.mo & R.mo dno Petro Strozae Patritio
Florentino suae Sanctitatis ab Epistolis Secretis ad Principes Basi=
licae Vaticanae Canonico huiusmodi curam demandauit. Nicola[illegible]
sacrae Theologiae, Graecis Latinisque litteris mirifice pollens, Arithmeticae
non ignarus, Architecturae & picturae laudibus decoratus, Dei
opitulante clementia Sacratissimam ipsam imaginem ita di=
ligenter excepit, ita diligenter per dies aliquot obseruatis linea=
mentis, maculis sanguineis quae in ea hactenus inspiciuntur,
fronte, oculis, tota denique figura perspecta uerum exem=
plum ab Archetypo ipso Sanctissimo fideliter sumpsit, ut cer=
te nil melius, nil felicius ex uoto succedere posset. Sacro=
sancta enim Reliquia faciei Dominicae Sudarium Veronicae
dicta, illa quidem certissime ac sine dubio aliquo est, quae
uidetur cum palam ostenditur; Ego Jacobus Grimaldus
peccator infelix dum anno MDCVI. ob deturbatam ue=
terem Basilicam in nouum Templum Sancti Petri Sacrosan=
ctum Sudarium portaretur Sanctissimam ipsam faciem
miserrimis oculis meis propius conspexi, quam dicto exem=
plari fideliter ut supra desumpto simillimam prorsus agno=
ui. Desumptum igitur exemplum ad uerum schema ue=
ramque similitudinem maiori qua fieri potuit diligentia San=
ctissimi Vultus Redemptoris nostri in Veronicae uelo impres=
si theca argentea ad antiquae, & originalis thecae formam
elaborata clausum est, atque magistro Damiano à Fonseca
ordinis fratrum Praedicatorum pro negocijs suae Religionis
in Poloniam proficiscenti Sanctissimi Dni Nostri Pauli
Quinti Pontificis Maximi nomine inclytae eidem Reginae
tradendum, fuit hic sedulo consignatum. In Polonia sanctissima
imago cum peruenisset ab ipso fratre data fuit Illustrissimo
& Reuerendissimo dno Francisco [illegible] Ariminensi
Episcopo Sancti Angeli in Regno Neapolitano Apostolicae se=
dis

Sedis Nuncio apud Serenissimum & inuictissimum Sigismu=
dum Tertium Poloniae Regem gloriosissimum, qui sacram
ipsam imaginem reuerenter ipsi Reginae Constantiae tradidit
Sanctissimi Domini Nostri nomine; quae ut sacram uidit ima=
ginem inclyta et Catholica Regina flexis genibus, supplicibusque
manibus, profusis lacrymis demisse et humiliter adorauit.
Apostolicae sedis Nuncius dixit. Ecce speciosus forma prae
filijs hominum qualis factus est in acerbissima passione,
cum moestam, liuidam, & quasi moribundam faciem
demonstret. Pro magno igitur munere & pro immenso
thesauro sacram ipsam imaginem Serenissima Regina
accepit, atque Sanctissimo Dno Nostro Paulo Quinto Ponti=
fici Maximo per suas litteras immortales gratias egit.
Tenor autem litterarum, quas Sanctissimus Dominus
Noster super huiusmodi sacra imagine ad Constantiam
Poloniae Reginam misit, ex Regesto epistolarum anni
XII. Pauli Quinti Pontificis Maximi talis est; quod rege=
stum asseruatur apud Ill.mum & R.mum dnum Petrum Stro=
zam Secretarium in Secretaria Apostolica.

PAVLVS. PAPA. QVINTVS.

Reginae Poloniae Constantiae

Carissima in Christo filia nostra Salutem, & Apostolicam benedictionem.

DEPICTAM maiori diligentia qua fieri potuit mittimus Maiestati tuae similitudinem Sanctissimi Vultus Redemptoris nostri in Veronicae uelo impressi, quod tanta cum ueneratione custoditur in Basilica Vaticana Prin=
ci=

Principis Apostolorū, sicuti te uehementer cupere nobis si=
gnificare fecisti; quam accipies à uenerabili fratre Fran=
cisco Episcopo Sancti Angeli nostro Apostolico Nuncio. Dubi=
timus autem consolari te, quia diu ambigui fuimus quo=
modo satisfacere pio desiderio tuo possemus; nam artificis
opera uti non poteramus, cum tantum Canonicis illius
uenerabilis Basilicæ pateat aditus ad eum locum, in
quo preciosus thesaurus asseruatur. Sed ut nihil inten=
tatum relinqueremus, quia forte inter familiares nrōs,
qui Canonici sunt Sancti Petri unus reperitur non omni=
nò ignarus sciographiæ; illi mandauimus, ut sedulo cu=
raret imaginem illam sanctissimam quoad fieri posset
delineare; quod ei admodum feliciter diuina gratia
cooperante successit, ut uidere poteris. Hanc autem
argentea theca inclusam illi quoq; in omnibus simil(l)i=
ma, qua sanctissimum Veronicæ uelum continetur, ut
ex rudi ac simplici structura facile est conijcere tibi nūc
mittimus; quæ ut tuto ac celeriter ad te deferretur
eam tradi iussimus religioso ac pio uiro dilecto filio Da=
miano à Fonsecca Ordinis fratrum Prædicatorum uenienti
modo in Poloniam à superioribus suis, ut renunciatum
nobis fuit, misso, quem occasione hac Maiestati Tuæ
amanter commendamus. Cum iucunditate audie=
mus munus hoc nostrum attulisse tibi solatium, quod
ex ipso tibi polliceri te intelleximus, sicuti plane con=
fidimus. Interim ut nostrorum pastoralium laborum
memor sis in orationibus, quas Deo ante hanc sanctam
imaginem fundes optamus, & Maiestati Tuæ cum
omni charitatis affectu nostram Apostolicam benedictio=
nem impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Ma=
riam Maiorem Septimo Idus septembris, Millesimo
Sexcentesimo Decimo sexto, Pontificatus nostri anno
Duodecimo.

Ex

Ex tanti igitur muneris sanctæ imaginis missio=
ne Serenissima Constantia Poloniæ Regina maximam
percepit animi consolationem, quæ inter alia dixisse
fertur se in ea agnouisse similitudinem Sacri Vultus Do=
minici Saluatoris nostri Jesu Christi impressam linteo
quod in Sabaudia apud Taurinum magna totius Orbis
ueneratione colitur.

Anno domini MDCXVII in Archi
uo Vaticanæ Basilicæ reponitur unum
exemplar Sanctissimi Sudarij sub ana=
thematis poena illud exemplanti sine li=
centia Summi Pontificis.

CVM præter suprascriptum exemplum Sanctissimi Vul=
tus in Veronicæ uelo impressi & Serenissimæ Constan=
tiæ Poloniæ missum Rmus D. Petrus Stroza quinque alia
consimilia exempla desumpserit, quorum unum sacro=
sanctis manibus Sanctissimi Dni nostri humiliter porrexit
gratum sibi ualde et acceptum, cuius almi Præsulis deuo=
tionem eximiam erga tam excelsam Reliquiam commu=
nis fama commemorat, in ipsa Vaticana Basilica ubi
preciosissimus Sanctissimi Sudarij thesaurus conseruatur,
Maximus ipse Antistes alterum uoluit eius sacræ ima=
ginis extare exemplum, ut si in futurum ab aliquo
Christiano Principe huiusmodi postularetur imago non
ab Archetypo amplius, sed ab ipso exemplo de licentia ta=
men Summi Pontificis sumeretur. Sanctissimus Dns No=
ster Paulus Quintus Pontifex Maximus iustis de causis
animum suum mouentibus tàm à dicta imagine in
Basilicæ Vaticanæ Archiuo reposita, quàm ab alijs ma=
nu dicti Petri Strozæ confectis, prohibuit sub poena diri
Anathematis ne sumatur aliquod exemplum absq; licē=
tia Summi Romani Pontificis pro tempore in perpetuū;
Quod Anathema oraculo uiuæ uocis contra inobedientes

Exemplar unū habuit Summus Pontifex Paulus Quintus

Aliud Regina Poloniæ

Aliud Basilicæ S. Petri

Aliud Cardinalis de Monte alto

Aliud Cardinalis Vbaldinus

Aliud magnus Dux Aetruriæ

&

& rebelles inflixit in Palatio Quirinali Apostolico eodem R.mo Petro Stroza Secretario praesente & attestante. Imago supradicta in Archiuo memorato asseruata, ex ebbano coronice aliquibus in locis unionum matribus segmentata pulcherrime cingitur. In ea haec incisa legitur inscriptio:

SANCTISSIMVS. D. N. PAVLVS. PAPA
QVINTVS. PRAESVMENTIBVS. SINE
LICENTIA. AB. IPSO. VEL. A. SVCCES=
SORIBVS. CONCEDENDA. EXEMPLVM
SVMERE. HVIVS. IMAGINIS. ANATHE=
MA. DIXIT. ANNO. DNI. MDCXVII.

PETRVS. STROZA

Anno Domini MDCXVII. Theca Sanctissimi Sudarij antiquissima, supra quam extensum est preciosissimum velū Veronicae, facie Saluatoris Nostri impressum à Petro Stroza Canonico intra aliam argenteam nouam includitur.

TABula antiquissima laminis argenteis à tergo uestita simplici ac rudi coronice circumornata, supra quam extensum est Sacrosanctum uelum Veronicae facie Sacratissima Domini Nostri Jesu Christi mirabiliter insignitum, dum longinqua uetustate, reparatione indigens, ueteri forma non immutata, noua argentea theca clauditur, cingitur, & munitur pia Ill.mi & R.mi Dñi Petri Strozae Canonici, et breuium ad Principes Secretarij deuotione. Uelum igitur siue Sudariolum quod palam uidetur dum ostenditur facie Saluatoris Nostri diuinitus impressum est, & illud profecto uerum & uera=

reale; ita R.mus Stroza, & alij dictae Basilicae Canonici meo tempore obseruarunt. Noua theca à tergo pariter tota argentea est, Coronices similes ambiunt, in quarum singulo angulo tres lunae glomeratae flammantes Strotiorum ueteris argumentum cernuntur. Ipsis coronicibus clauditur theca habentibus in tribus angulis uolubiles compactiones, et in quarto angulo firmatur compactio uitineo clauo, cuius caput rosae formam habet. Supra extensum est uelum sericum subtilissimum nouum & transparens, subtus quod cernitur diuinus Dei Vultus Veronicae sanguine maculatus in humani generis redemptione.

In calce ipsius yconis haec leguntur:

INSTAVRATVM. CVRA. PETRI. STRO=
ZAE. CANONICI. ANNO. DOMINI
MDCXVII. ORATE. DEVM. PRO. EO.

Hoc anno MDCXVII. in Maiori hebdomada dum Sacrum Sudarium ostenderetur ex funalibus ardentibus in meniano marmoreo unum ualde contumebatur ardenti funiculo bombiceo, R.mus Petrus Stroza manum apposuit, ut aptaret illud, eiusq funiculi fragmentum digito se glutinauit, ut praeter dolorem quem sensit carnem illicò usserit & intumuerit, reuersus domum, ut mihi narrauit, diuinae bonitati gratias referens ipsa die digitus sanus et sine aliqua laesione effectus est. In eadem hebdomada Pharum siue Machina ferrea multas lampades pensiles habens ante Sudarium clauo quo tenebatur à peregrinis casu solutum strepitu corruebat ad terram; stetit in aere astantium admiratione trochlea amplius non currente, quod idem Canonicus et alij qui uiderunt diuinae pariter bonitati tribuebant, nam periculum auertit ne astantiū quilibet laederetur. Sed quot peri=

cu=

pericula auertit Deus in tanta Templi mole construenda?
uidi & miratus sum ualde multa quae longum esset refer=
re; dum anterior Basilicae frons fundaretur XXXXV. ho=
mines uix fundamento egressi iterum domum machina
lignorum corruit, & sic omnes Dei ope salui & incolumes.
In festo S. Sebastiani 1619. in fundamentis Campanilis uer=
sus Campum Sanctum à tabulato cecidit murator unus
in profundum palmorum CXX super terram motam & sal=
uus fuit sine aliqua membrorum laesione.

Anno Domini MDCXVIII. In octaua
Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli Ego Jacobus
Grimaldus huius libri auctor in ardentissimam &
lethalem febrem incidi magno feruente aestu, Sacra=
tissimae faciei Dominicae in Sudario Veronicae diui=
nitus impressae indignas & frigidas preces meas ob=
tuli, et statim per Dei misericordiam senti salutem;
ita ut febris illicò declinauerit, & intra sex dies me
sanum et incolumem restituerint, aureo nummo uix
in hac ualida febri erogato.

Anno Domini MDCXVIIII. in fene=
stra Sanctissimi Sudarij ad maiorem cõ=
seruationem tàm excelsae reliquiae addi=
tur à Capitulo alia capsa cypressina.

Ascenditur ad locum, ubi sacrum Veronicae sudariũ, &
lancea qua Saluatoris Nostri latus patuit scala cochlide
graduum supra LX. Habet ad planum pauimenti Ec=
clesiae portam aeneam, à qua patet aditus ad scalam peran=
gustum uestibulum. In summo graduum est alia porta pariter
firmissima ducens in aliud ambulacrum. In huius dextera est
ampla fenestra tota cypresso optimo uestita, & precioso serico
ornata, quae clauditur aenea porta suis clauibus & seris; ibi
conseruantur eaedem sanctissimae Reliquiae. Vestibulum du=
cit in menianum cum alia porta simili. Capitulum &
Ca=

Canonici eius Basilicae, considerantes ad tanti thesauri con=
seruationem p(rae)d(ic)tam cypressinam capsam non sufficere, propter
pilae crassitudinem; hoc anno MDCXVIIII. aliam pariter
cypressinam altam & latam totam rubro holloserico uillo=
so uestitam, singulis aureis cum suis aciculis distinctam fe=
cerunt, ubi in alia parua cypressina etiam noua pari
ornatu uestita conseruatur alia antigua argentea capsa
tabernaculi instar, cuius supra fol. 83, in qua sacro=
sanctum Sudarium Veronicae asseruatur. Mens est S.^mo
D(omi)no Nostro Paulo V. locum ipsum inaurato aeneo taber=
naculo totam apsidatam fenestram occupante Pontificio
sumptu ornare, atq(ue) in apsida inferiori splendidissimum
erigere altare; quae propediem à tanto Pontifice de Vatica=
na Basilica optime merito Deo opitulante sperantur.

Missa de Facie Domi=
ni, siue de Veronica

Ex Bibliotheca Ecc.^a seu Commentariorũ sacrorũ
de expositione & illustratione Missalis & Breuiarij im=
pressa tomo 3.° parte p.^a pag. 91. ex Bibliotheca Sancti Au=
gustini Romae quam R.^mus Angelus Roccha Camers Augustinia=
nus Ap.^ci palatij Sacrista Ep(iscop)us Tagastensis publicae utilitati & suis,
plurium annorum labore, magna impensa, et maxima librorũ
copia comparauit.

Introitus Missae cãtus de S(an)c(t)ã Cruce. Nos autẽ gloriari uel in nõie Jesu &c.

Cantus de Sancta Cruce ℟ Collecta.

Deus, qui nobis signatis lumine Vultus tui memoriale
tuum ad instantiam B. Veronicae imaginem tuam
sudario impressam relinquere uoluisti per sanctam
Crucem & gloriosam passionem tuam tribue nobis quae=
sumus, ut ita te nunc in terris per speculum in
aenigmate uenerari, honorare, & adorare possimus,
qua=

quatenus in nouissimo die tunc facie ad faciem eo iudice super nos uenientem securi ac læti uidere ualeamus. Qui uiuis &c. ℟ Epla. Recogitate Dominum nostrũ Jesum xpm̃, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem &c. in tempore gratiæ plenitudinem Hebr. 12. a. b. c.

Sequentia.

Salue sancta facies nostri Redemptoris,
In qua nitet species diuini splendoris
Impressa panniculo niuei candoris,
Dataq̃ Veronicæ signum ob amoris.
Salue Decus Dñi imago beata,
Ex æterno munere mire decorata
Lumen funde cordibus, exinde tibi data,
Et ex nris sensibus tolle colligata.
Salue splendor gloriæ salus peccatorũ
Repræsentans proprie Regem Angelorũ,
Instauratrix gratiæ speculum sanctorũ,
Te quærunt respicere spũs cœlorũ.
Salue robur fidei nostræ Christianæ,
Destruens hæreticos, qui sunt uitæ vanæ,
Horum auge meritum, qui te credunt sane,
Illius effigie qui Rex fit ex pane.
Salue nostra gloria in hac uita dura,
Labili & fragili cito transitura,
Nos perduc ad patriam ò felix figura,
Ad uidendum faciem, quæ est xpi pura.
Salue ò Sudarium nobile iocale,
Et nostrum solatium & memoriale,
Eius qui corpusculum assumpsit mortale,
Nostrum uerum gaudium et bonũ finale.
Salue gemma nobilis uera margarita,
Cœlicis uirtutibus perfecte munita,
Non depicta manibus sculpta uel polita,
Hoc scit summus artifex, qui te fecit ita.

Se

Secreta

Domine Jesu Christi fili Dei uiui, qui in hora passionis tuæ pro nobis miseris peccatoribus, et pro totius mundi redemptione sudores tui in terram guttas sanguineas erogasti, et à Judæis capi uoluisti, et à Juda osculo tradi, uinculis alligari, et ut agnus mansuetus ad uictimam duci, in conspectu Pilati offerri, à falsis quoq; testibus accusari, colaphis cædi, flagellari, & conspui, spinis coronari, medius in Cruce leuari, atq; inter latrones deputari, clauis et aculeis perforari, lancea uulnerari, felle & aceto potari, & morte turpissima condemnari. Tu Domine per has sanctissimas pœnas tuas nos ab omnibus pœnis Inferni, salua, libera, & protege, & perduc nos miseros peccatores quo perduxisti latronem tecum crucifixum sero tibi confitentem. Qui cũ Deo patre &. ℟ Præfatio Qui salutem ℟ Complenda ℟ Domine Jesu xpe fili Dei uiui, qui cælum & terram fecisti, uniuersum mundum pugillo conclusisti, corpus humanũ suscepisti, patibulum Crucis sustinuisti, totũ mundum redemisti, potestatem Diaboli destruxisti, Regnum tuum te quærentibus promisisti; respice ad preces humilitatis nostræ, & auxiliare in omni dolore & angustia, in omni tribulatiõe tristitiæ & miseria, & libera nos ab omni scandalo & periculo corporis & animæ, ab oĩ persecutiõe inimicorũ nostrorũ uisibilium & inuisibiliũ; Præbe nobis misericors Deus in perturbatione consiliũ, in persecutione auxiliũ, in tribulatiõe solatium, in omni tentatiõe gratiam & uirtutem uincendi. Confer nobis Dñe de præteritis uerbis ueniam, de pñtibus emendationem & de futuris custodiam. Scimus enim, quia in quacumq; die passionum tuarum memoriam habuerimus, in illa die salui erimus; & ideo de tua immensa pietate confisi, & memorantes pœnas tuas te deprecamur, ut nos famulos tuos cœlesti protegas auxilio, & continua protectione conserues. Qui cum Deo patre &.

Præfatio Ambrosiana de Veronica

Quoniam in hoc libro fol. 15. Mutius Justinopolitanus agens de Sudario meminit Præfationem Ambrosianam, eam huic libello interere, quæ qualis sit lectoris iudicio relinquimus. Ja hodierni enim Missalis Ambrosiani codice non extat; nisi in antiquis missalibus et ut arbitror in reformatione ideo sublatam cum dicat de Tiberio ad fidem converso. Sequens autem Præfatio accepta est à Missale antiquo charte pergamenæ asservato in loco, qui dicitur Corbezo in Ecclesia SS. [illegible] et Celsi Comensis diocesis Romam missa ab Andrea Diego Corzelem eius Ecclesiæ Cappellano anno 1617.

AETERNE Deus, qui beatam Veronicam tua caritate plenam igneo candore tui æterni flaminis totaliter accendisti; nam semper Christum desiderabat videre, nec poterat sequi propter eius senectutem. Cuius Christus desiderium agnoscens, & Vultum fricauit & imago sui in Sudario remansit. O fides miraculosa, o laudabile miraculum, quæ filij Dei in terra imaginem in Sudario monstrauit. Quod beata Veronica cum Sudario potius super Volusianum currum erum circa tergum erexit, et Tiberium Cæsarem ad fidem conuertit atque ægrum à lepra mundauit. Quæsumus ergo clementiam tuam ut in misericordia confidentes nulla nos vitiorum mala percellant, sed potius exerceant ad salutem.

De Tiberio ad fidem conuerso falsum est omnino. Magos, augures, et ariolos sibi valde caros fuisse, quorum magno in numero conuenerat testantur historici in vita eiusdem; Italia postea iudicante senatu expulsi; ut Joannes Tarcagnota hist. lib. 1. par. 2. pag. 16.

In quodam fragmento manuscripto n.° 4834. Bibliothecæ Vaticanæ multa notantur Italico, sed incerto sermone, de Volusiano, de Tiberio, de Veronica etc. In his nonnulla sunt fabulosa dum agit de Tito

Tito, et Vespasiano; ideo hæc scribere non curaui.

Ex Philippo Ferrario Alexandrino ordinis Seruorum de vitis Sanctorum Italiæ ad Paulum V. Pont. max. quæ habentur impressæ

Febr. IIII.

Veronica religiosa fœmina Jerosolymitana, ut habet vetus traditio, quo tempore Christus Saluator noster ad patibulum ducebatur lineum capitis sui peplum ei ad faciem tergendam cruore ex sacro capite spinis coronato defluente, porrexit; cui diuini vultus illius imago diuinitus impressa remansit. Hoc sancta femina Romam detulisse eoque Tiberium Augustum difficili morbo laborantem sanasse fertur. Porro illud ad sancti Clementis papæ manus peruenisse & successorum, à quibus in Vaticana Ecclesia asseruatum ad hæc usque tempora non sine maxima populi Romani deuotione quotannis exponi solet, Vultusque Sanctus, ac Sudarium Veronicæ nominatur. Ipsa vero Veronica prid. Idus Februarij obdormisse traditur ex Martyrologio Petri Gallesini de Veronica & Sudario illius; frater Daniel Mallonius in elucidat. in sacram Syndonem. Viguer. in institut. theol. cap. 10. Supplem. chronic. Christianus Adricomius in descriptione terræ sanctæ, et alij præsertim Mattheus Spenbergen. Petrus Gallesinius Virginem Veronicam facit, alij ex prædictis Matronam. Eadem in Hispania in ciuitate Giennensi maximo habetur honore.

Petrus Gallesinus nec virg. nec mart. ex suo martyrol.

Petrus Galesinus Protonotarius Apostolicus

Die 4. Februarij. Romæ item sanctæ Veronicæ, quæ ad eam Vrbem Jerosolyma Sudarium Domini attulit.

Martyrologiũ Petri Galesini.

Christianus Adricomius Delphus.

In descriptione terræ Sanctæ impressa Coloniæ Agrippi=

Agrippinæ 1588. sub n°. 44. ut in yconographiæ fol. uenerã domus Veronicæ angularis; Hic Veronica lineum capitis sui peplum dedit Christo, quo faciem suam tergeret, cui Dominus faciei suæ imaginem perfecte impressit, eiq; in amoris sui pignus reddit, quod in hodiernum usq; diem Christi faciei insignitum Romæ in Sancti Petri Basilica in Vaticano Monte per Constantinum Magnum extructa, grandi honore asseruatur, & statis diebus populo ostenditur.

Breid. 14. Jul.
Sal. tom. 8. c. 7
Pasch. d. 210
Beth. in descriptione locorum passionis Xpi fer. 5.

Auctores qui Jerosolymorum Urbem descri= bunt à dicto Adricomio adducti sunt isti.

Jacobus de Vitriaco Cardinalis lib. de terra sancta, et de mirabilibus quæ vidit anno 1231. m. s. est apud Cruciferos Coloniæ. Jacobus Pantaleo Gallus lib. de Terra sancta floruit anno 1247. Broccardus Monachus impressus Basileæ & Antuerpiæ, floruit anno 1283. Joannes Mandeuille Anglus alis Montevillanus flor. anno 1322. impress. Antuerpiæ 1564. Tabula locorum terræ sanctæ in Bibliotheca Collegii S. Jeronymi Delphorum Hollandiæ. Rodulphus Langius 1476 impressus Coloniæ 1517. Bernardus de Breindebach Moguntinæ Ecclesiæ Decanus impressus Moguntiæ 1406. Gerardus Kuynvenff Campensis impress. Campis 1520. Joannes Scorel m. s. 1521. Bartholomeus à Saligniaco Sedis Apostolicæ Protonotarius 1522. impressus Lugduni 1525. Joannes Pascha Carmelita Mechliniensis 1527. impress. Louanij 1563. Hermanus Bovveleus impressus Vltraiecti 1538. Bonauentura de Mircea Louanien. Minorita anno 1538. Vuolfangus Veissemburch 1542. impressus. Noui & Veteris Testamenti diligens descriptio impressa Parisijs. Bonauentura Broccardus Bernaita impressus Parisijs 1544. Tilmannus Stella Sigenensis 1577. impressus Antuerpiæ. Fabius Licinius Venetus impressus Venetijs 1560. Adam Reyßner 1559. impressus Frankforti. Joannes Herdemis in VII. libros impressus Franckforti 1563. Via Crucis à domo Pilati

Pilati ad Montem Caluariæ, impressus Louanij 1568. Petrus Lachstein & Christianus Syrotheus ex[illegible] Caluariæ [illegible] 1570. Antonius de Angelis Minorita 1578. in [illegible] de Ad[illegible] Jerosolymitanam yconographiam edidit. Ex istis supra narratis auctoribus quos de Veronicæ domo dicunt studiosus lector inquirere poterit; satis est, et diuinæ prouidentiæ maxime tribuendum, Jerosolymis ad hanc usque diem uigere Sanctæ Veronicæ memoriam, domumq; eius ibi adhuc existere, licet (proh dolor) in manibus inimicorum Crucis Christi.

De Joanne Septimo Papa & eius sacello in honorem Deiparæ Virginis dicato anno Dni Septingentesimo Quinto, in quo Sacrosanctum Sudarium in marmoreo ciborio honorifice collocauit, ut supra dictum est folio [illegible].

Joannes Septimus natione Græcus ex patre Platone. sedit annos duos, menses VII, dies XVII. Fuit autem temporibus Tiberij Augusti, & Justiniani Iunioris Imperatoris, uir eruditissimus & facundus eloquentia. Hic fecit Oratorium sanctæ Dei Genitricis intra Ecclesiam Beati Petri Apostoli, cuius parietes musiuo depinxit, illicq; auri & argenti quantitatem multam expendit, [illegible] [illegible] Patrum dextra lævaq; uultus erexit. Et infra. Fecit vero imagines per diuersas Ecclesias, quas quicumq; nosse desiderat in eis eius uultum depictum reperiet. Et infra. Hic fecit Episcopos per diuersa loca n° XVIII. qui etiam sepultus est ad B. Petrum Apostolum ante altare Oratorij quod ipse construxit sub die XII. Kal. Nouemb. Indictione [illegible]. Hæc Anastasius.

In hoc libro pagina 15. satis dictum de hoc oratorio, quod iterum repetere foret molestum. Hæc solum subijcere uisum est. Inquit Anastasius parietes musiuo depinxit, illicq; auri & argenti quantitatem multam expendit. Id ab Anastasio

Sta=

N

Anastasio fuisse, verissime scriptum probatur ex congesto
in demolitione pti Oratorij sub Paulo V. Pont. Max. artifices
pictoriae artis mirae fuerint ipsum vitreum musivum di=
versorum colorum optima ex materia compositum, va=
riisq lapillis non minori diligentia coagulatum. Subiun=
git Anastasius et venerabilium Patrum dextra laevaque
vultus erexit; sub Paulo V. Pont. Max. quo ipsum Ora=
torium ob novam Templi structuram defecit nullae dicto=
rum Patrum vestigia extabant; fuisse autem a Joanne
Septimo eorundem ibi depicti vultus nulla est dubitatio
tam veridico & antiquo auctore id affirmante. Cumq
incrustationes ipsius Sacelli se ultra fenestram in pro=
ximo sequenti typo delineatam extenderent, Architectura
hic exigente, necesse est erat ut & opus musivum
incrustationes etiam sequerentur. Verum ut firmiter
teneo fenestras construendae gratia ut lumen Sacello da=
retur, sicut ipsa delineatio ostendit; aliae beati Petri hi=
storiae, cum imaginibus sanctorum Patrum Graecorum
et Latinorum dextra laevaq musiveis lapillis fabre=
factae, defecerunt. In umbella enim antiquissima,
quae infra apponetur Sanctorum Patrum vultus dextra
laevaq inspiciuntur cum ijsdem forme historijs Salvatoris
Nostri, quae in Sacello Joannis septimi extabant. Sub=
iungit Anastasius de vultu Joannis Septimi in operibus
ab se factis depicto verbis supra descriptis. Cernitur ho=
die servatus vultus eius e ruinis memorati sacelli pone
Aram Sanctae Mariae Praegnantis sub fornice novi pavimenti
Sacrae Confessionis Beati Petri opere tessellato effictus ad ve=
ram viventis similitudinem ut supra pagina 15. dictum fuit
Malenconicha et extenuata facie, patentibus oculis, ele=
vatis superciliis, septuagenarius ostenditur vultus eius; ha=
bet nasum Aquilinum, nigram caesariem, barbam item ni=
gram rasam, faciem longam. In fine idem Anastasius
scri=

bit. Sepultus est ad beatum Petrum Apostolum ante
altare Oratorij Dei genitricis quod ipse construxit. In de=
molitione pta sub Paulo V. Pont. Max. nullum eius sepul=
cri vestigium apparebat. Ante altare in eo scilicet spatio
quod inter altare est et Ovatum porphyreticum in sequenti
typo delineatum humi sepultum erat antiquissimi defuncti
corpus intra marmoream arcam, quod Joannis Septimi
fuisse creditum est; illatumq fuit in locum Polyandrum
appellatum sub fornice novi pavimenti. Ibi iuxta reper=
tum est fragmentum lapidis his Graecis litteris magno ca=
ractere exaratum scilicet DEI . GENITRICIS .

ΗCΘΕΟΤoΚΧΙ

Quod indicatum est fragmentum fuisse sui epita=
phij sepulcralis fortasse dicentis . IOHANNES . PA
PA . VII . SERVVS . SANCTAE . DEI . GENETRI=
CIS . Fuit enim Sanctus hic Pontifex Deiparae Virginis
devotissimus. In Ciborio Sanctissimi Sudarij posuit. Jo=
annis servi sanctae Mariae. In sacello autem. Joannes
indignus episcopus fecit Beatae Dei Genitricis servus.
Fuit Graecus, & Graecum fortasse eius sepulcro incisum
est epitaphium. Sub magno lapide Ovato porphyretico
cuius supra mentio fol. 17. ex hominum constanti fama
ferebatur ibi quiescere corpus beatae Veronicae; in de=
molitione eius sacelli sub Paulo V. Pont. Max. elevato
ipso magno & nobiliss. porphyreto tegmine, terraq ad
palmos duos egesta apparuit lateritium sepulcrum, in
quo erant ossa corporis antiquissimi satis consumpta, quae
illata fuerunt ut dictum est, in Polyandru. De Veronica sepulta
in Bas. S. Petri docent lectiones breviarij Ambrosiani supradicti;
Praeter alios auctores Panvinium, Ugonium etc.

Sacellum Joannis Papæ Septimi in prospectu, in ueteri Vatic.^a Basilica olim constructum año DCCV

K

G

F

CIVITAS HIEROSOLYMA ANTIOCHIA

ROMA

L

✠ IOHANNES · INDI=
GNVS · EPS · FECIT

DOMVS · SCE DEI · GENITRICIS MARIAE

A

B

I

E

✠ TEMPORIBVS
D · N · HADRIANI
PAPAE · HIC RE=
CVNDITA · SVM
RELIQVIAS SA
NCTORV IN ME
SE NOBEBRIO
✠ XXII · IND VII
BINA · CLVSVRA
IN INTEGRO
QT IN SEPTIM
ANA ·

H

N ·

M

C

D

A Frigia elegantissima et antiguissima sunt hodie muro affixa in ambitu sacræ Confessionis

B Columnæ duæ intortæ è pario marmore nobilissimæ.

C Ouatum magnum longum eximiæ pulchritudinis porphyreticũ integrũ.

D Planta ciborij Sanctissimi Sudarij Veronicæ

E Incrustationes laminarũ ex marmoribus albis uenatis, atq; cinericijs.

F Historiæ beati Petri in pariete uersus palatium Apostolicum

G Historiæ Jesu Christi supra portam sanctam.

H Altare sacelli Joannis septimi, quo sublato posita fuit ibi porta sancta añi Jubilei.

I Incrustationes & frigia cum fenestra

K Murus columnarũ extremæ naui laterali cohæ=
rentium.

L Angulus muri anterioris faciei Basilicæ ad orientem
coniungens parietem uersus palatiũ ad septentriones.

M Inscriptio Hadriani papæ primi de sacrosancto
Sudario, cuius mentio in hoc libro fol. 19. nunc
muro affixa sub fornice noui pauimenti in am=
bitu sacræ confessionis.

N Area marmorea integra & magna urbi Aegyp=
tiaci lapidis, in qua requiescit Hadrianus papa
Quartus, in hoc sacellum Sudarij translata è prio=
re loco tempore Julij Secundi in ueteris Basilicæ
demolitione; nunc est sub fornice noui pauim.^ti

Exemplar operis musiui Sacelli antiquissimi Joannis Papæ VII. in ueteri Principis Apostolorum Basilica, de quo Oratorio fusius habetur in hoc libro pagina 15.

Historiæ Beati Petri, quas sequens pagina demonstrat erant in Oratorio Joannis Septimi in pariete extremò lateralis Nauis uersus Palatium Apostolicum antiquæ Vaticanæ Basilicæ, & sequentibus litteris hic declarantur.

A. Prædicatio B. Petri Apostoli Jerosolymitanis

B. Prædicatio eiusdem Antiochenis.

C. Prædicatio eiusdem Romanis. Jmago hæc Beati Petri cernitur hodie muro affixa in ambitu sacræ Confessionis memoratæ Basilicæ, prope Sacellum Sanctæ Mariæ Prægnantium ad Romanæ Cathedræ memoriam è ruinis seruata. Hæc historia facit contra blasphemias Petri Vireti heretici negantis B. Petrum Romæ fuisse, contra quæ scripsit Mutius Justinopolitanus tempore Pij. V. P.M.

D. Quando sanctissimi Apostoli Petrus & Paulus coram Nerone disputabant cum Simone Mago.

E. Lapsus Simonis ex aëre diuino fulmine icti, ac uolatus eiusdem Magi Nerone astante cum B. Paulo orante, et Petro imperante demonijs, ut Magum relinquerent

F. Crucifixio Petri

G. Decollatio Pauli

A

B

CIVITAS HIEROSOLYMA | CIVITAS ANTIOCHIA

C

RO MA

NERO

MAGVS

D

S. PETRVS

S. PAVL.

MAGVS

E

NERO

F

G

Sequens pagina 103 ostendit historias Salvatoris Nostri Jesu Christi musivo opere effictas in Sacello Joannis Septimi veteris Vaticanæ Basilicæ supra portam Sanctam, quas hic sequentes litteræ declarant.

H. Annunciatio B. Virginis Dei matris Mariæ

I. Visitatio eiusdem.

K. Nativitas Christi, & reclinatio in Præsepe cum bove, asino, ac muliere genuflexa ante Præsepe manum mortuo mancam habente; servatur hodie hoc fragmentum Præsepis in ambitu sacræ Confessionis Beati Petri è ruinis dicti sacelli.

L. Apparitio Angeli ad pastores.

M. Adoratio Magorum.

N. Quando in Templo est præsentatus.

O. Baptismus Christi in Jordane.

P. Mulier tangens fimbrias

Q. Miraculum cæci nati.

R. Zacchæus in siccomoro habens togatum baiulum ante se baiulantem sarcinam rotundam; ante baiulū erat pauper compedibus vinctus, et Zacchæus in arbore virga tangit sarcinam, iuxta illud Evangelicū, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus &c.

S. Suscitatio Lazari à monumento cum Maria & Martha sororibus prostratis ad pedes Domini; hæc historia servatur hodie in Bibliotheca Angelica Sancti Augustini Romæ.

T. Triumphus in die Palmarum.

V. Cœna cum discipulis antiquo more cubantibus servatur hodie dictum Triclinium in eadē S. Aug.ni bibliotheca.

X Crucifixio Christi cum quatuor clavis

Y Resurrectio ac descensus ad limbum, pede conculcans tartara solvit à poena miseros.

Z Quando Angelus mulieribus apparuit ad monumentum.

Imago Deiparæ Virginis stantis expansis manibus coronis et armillis ornatæ in demolitione sub Paulo V. Pont. Max. loco mota et Florentiam translata in Ecc.ª S. Marci in sacello Dnorum de Riccijs pia R.mi D.ni Antonij Riccij Episcopi Aretini cura et impensa ibi magna devotione colitur.

Joannis autem Papæ septimi imago à pectore sursum è ruinis servata in sacello olim sanctorum Leonum sub cryptis Vaticanis muro affixa memoriæ ergo hodie cernitur in ambitu sacræ Confessionis.

Infra constructus fornix nitebatur duabus columnis vitineis intortis candidissimi marmoris ad vuæ racemos mira arte factis, quæ hodie cernuntur ante apsidam ad occasu, cereorum pergulam in Pontificijs solemnijs sustinentes ceteris consimilibus saniores & pulchriores.

In anteriori arcu eiusdem fornicis hæc in gyro legebatur inscriptio musiveis litteris.

DOMVS. SANCTAE. DEI. GENITRICIS. MARIAE.

Columnæ duæ minores quas in hoc exemplo hinc inde ad latera sanctæ imaginis Deiparæ Virginis positas vides, erat preciosissimi marmoris nigri orientalis integræ & pulcherrimæ, à quibus olim ducebatur velum ad sacram ipsam imaginem cooperiendam; de quo Oratorio antiquissimo cum latius dixerim folio 16 cetera ad illud spectantia consulto hic omittuntur.

In historia Magorum habitus eorundem, qui similis est illi hic expresso et delineato pagina 114 antiquissimi Baldachini auro & argento ditissimo opere facti, quod veteri Cibo=

Ciborio Joannis septimi inserviebat, de qua umbella infra fusius dicetur. Magi ~~Persarum~~ qui ad Christum adorandum ab oriente venerunt, Persarum gestant habitu habentes in capite parvos pileolos rubri coloris, sicuti etiam Romæ gestare vidimus nobiles Hibernenses mulieres apud Tyroni Principem commorantes.

Inscriptio autem sub imagine Deiparæ ad altare Sancti Dominici in Ecc.ª S. Marci ordinis Prædicatorum Florentiæ hæc est.

VETVSTA. HAEC. DEI. GENITRICIS. IMA
GO. IN. VATICANA. BASILICA. SVPRA. POR
TAM. SANCTAM. ORATORIO. OLIM. A.
IOANNE. VII. PONT. MAX. SALVTIS. ANNO
DCCIII. CONSTRVCTO. DIV. SERVATA. ATQVE
AD. HVNC. DIEM. RELIGIOSISSIME. CVLTA
CVM. IAM. TEMPLVM. ILLVD. IN. AVGV=
STIOREM. FORMAM. REDIGENDVM. DE=
TVRBARETVR. E. RVDIORIBVS. ERVTA
EST. ET. NE. QVA. AVT. SALTEM. MINIMA
IN. EAM. DEVOTIONIS. IACTVRA. FIERET
IN. HANC. ARAM. ROMA. TRANSLATA
M DCVIIII.

H AVE GRATIA PLENA DOMIN TECVM

I

H ✠ IOSEPH

L

M

IOSEPH N SYMEON O

BEATAE DEI GENETRICIS SERVVS

P R

S V T

X Y Z

I·N·R·I

✠ IOHANNES · INDIGNVS
EPISCOPVS · FECIT

H Annunciatio B. Virginis
I. Visitatio eiusdem
K. Natiuitas xpi & reclinatio in Presepe, cũ muliere genuflexa aridã manũ hĕnte.
L. Apparitio Angeli ad pastores
M. Adoratio magorũ.
N Quando in Templo est praesentatus
O Baptismus xpi in Jordane
P Miraculum caeci nati
Q Mulier tangens fimbrias

R. Zaccheus in Siccomoro habens baiuli sarcinam bonorũ ante se portantẽ ac pauperẽ, ut inquit Euang. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus etc.
S. Suscitatio Lazari cũ Maria et Martha ante xpum prostratis
T. Triũphus in die Palmarũ
V. Coena cum discipulis antiquo more cubantibus.
X. Crucifixio cum quatuor clauis
Y. Resurrectio ac descensus ad Limbũ, pede conculcãs tartara.
Z. Quando Angelus mulieribus apparuit ad monumentum.
In medio est Deipara Virgo Florentiã ut supra dixi translata, ad cuius dexteram stat Joannes VII. papa.

Sequens pagina demonstrat exemplum an-
tiquissimi Ciborij opere marmoreo opifficis, por-
phyretis, alijsq. lapidibus atque emblemate à Joan-
ne Papa Septimo constructi ad continendum sa-
crosanctum Sudarium Veronicę in memorato
sacello suo.

IN hoc libro folio 18. satis dictum de memorato Ciborio, hic
referre libuit uerum et fidele exemplum, et mensuras co=
lumnarum, quę in ipsius opere erant.
Columnę duę striatę marmoris Chij, quod portā sanctam
uocant, integrę, et hodie asseruantur inter plura marmora
et ornamenta lapidea ueteris Basilicę, sub fornice noui pa=
uimenti, longę sunt palmis Romanis xj.
Alię quatuor columnę marmoreę albę longę erant
palmis Romanis xj. et asseruantur ubi supra.
Columnę quatuor minores intortę, quę stabant in am=
bitu Tabernaculi, ubi sacrosancta imago claudebatur, lon=
gę palmorū sex; nunc asseruantur sub dicto fornice adhi=
bitę in ornatum sacrę, & antiquę imaginis Deiparę
Virginis Prægnantium, quę è ruinis ueteris Basilicę à ve=
tustissimo sacello clarissimę gentis Vrsinorum sub Julio
secundo, & Paulo V. Pontificibus Maximis erepta, ibi mo=
do dictis intortis columnis ornata religiose colitur.
Columnellę emblemate distinctę, quę erant in summi=
tate Ciborij longę palmis duobus.
Portę ęneę à Cælestino tertio Vrsino factę, quarum
supra mentio folio 28. hodie asseruantur in Archiuo
Fabricę sancti Petri, quę sacrosanctam Reliquiam clau=
debant, altę palmis tribus, latę palmis duobus.
Portę ferreę & catenę quibus portę fortius firmabantur
et crates sepientes ambonem inter fabricia instrum^ta^
eius fabricę erant elapsis mensibus.

Exemplum Ciborij marmorei in Sacello Joannis Septimi in ueteri Vaticana Basilica ad continendum Sacrosanctum Veronicæ Sudarium a dicto Summo Pontifice exstructi anno Salutis DCCV.

Sequens pagina demonstrat uerum exemplum Sanctissimi Crucifixi ex ære olim inaurato quatuor clauis, cuius supra mentio folio 18. Cernitur hodie ante'Oratorium in ambitu sacræ Confessionis Beati Petri. Erat in fastigio Ciborij marmorei, quod Joannes Papa VIj. ut dictum est fece-rat ad sacrum Veronicæ'sudarium conseruandum.

Imago Sanctissimi Crucifixi ex ære inaurato in Summitate Ciborij Sacrosancti Sudarij Veronicæ Jo=
annis Papæ Septimi.

Sequens pagina demonstrat verã
imaginem ad viuum expressam
Joannis Papæ Septimi sumptam
diligenter ab Originali eius Vultu
opere musiuo facto, ex ruinis sui
Sacelli sub Paulo Quinto Pont. Max.
asservato, muroq; affixo in ambitu
Sacræ Confessionis B. Petri pone
aram Sanctæ Mariæ Prægnantis

Tabula quadrata capiti Joannis septimi subiecta ad occiput idest ad posteriorem capitis partem uiuentis indicium est. Per tabulam quadratam quatuor uirtutibus Cardinalibus (ut ait Durandus libro 9°. cap. 3. n°. 20) homo in hac uita uigere intelligitur. Vel quod status p̄ntis uitæ est imperfectus angulos multos, idest multa habens impedimenta. Sanctis gloriam consecutis circulare datur diadema propter æternæ uitæ perfectionem nullum penitus impedimentum habentibus, ut diffuse agit Angelus Roccha Episcopus Tagastensis in scholijs sacramentorum Beati Gregorij Papæ.

Hic Pontifex Joannes, ut inquit Baronius, breui suo Pontificatu habitauit apud Sanctam Mariam Transtiberim.

Hic est Joannes Papa VII. Græcus sublatū manibus tenens Sacellum, quod Deiparæ Virg.i in Bas.a Vatic.a dicarat.

Joannes VII. hic ad uiuum fideliter expressus patrem habuit Platonem nomine, sedit annos duos, menses VII. dies XVII. fuit uir eruditissimus & facundus eloquentia.

De antiquissima umbella seu baldachino Ciborij Sacrosancti Sudarij Joannis Papae septimi in Sacrario Vaticanae Basilicae [illegible] auro & argento [illegible] texta.

HAEC antiquissima & nobilissima umbella tota auro & argento, ditissimo opere texta, auroq[ue] plenissima ob summam vetustatem mirabilis longa palmis XI lata palmis VIJ semis, ut dictum est, supra fenestram Ciborij Sacrosancti Sudarij Veronicae extendebatur, dum popu=lo ostenderetur ex ipsius Ciborij meniano.

Habet eandem ferme historias Salvatoris Nostri Jesu Christi supra delineatas à Joanne septimo Pontifice Maximo in Oratorio me=morato musiveis lapillis fabrefactas; dictaq[ue] umbella est secundum morem Graecorum; Joannes septimus Graecus fuit, oratorium fecit, ci=borium in eo marmoreum ad Xpi Sudarium in Veronicae velo impres=sum continendum construxit. Ornamenta quoq[ue] altaris & ciborij fecisse credendum est, & subsequenter dictam umbellam à Jo=anne septimo donatam cum antiquissima sit, Graeco more, cu[m] imaginibus sanctorum patrum quas pariter in Oratorio de=pinxerat teste Anastasio, cum iisdem ferme sacelli historijs nri Redemptoris, Ciborio Sudarij et non aliis consonans; magnum profecto est indicium et argumentum.

Habet in medio Christum Jesum mortuu[m] cum lancea & spon=gia extensum et depositum nudato corpore cum literis graecis IESVS CHRISTVS. cum tribus Angelis, qui flabella gerunt & ventilationem faciunt supra corpus Dominicum.

Ab una parte ipsius sanctissimi corporis sunt quatuor histo=riae, et ab alia parte aliae quatuor, videlicet à dextris I. Annunciatio Deiparae Virginis II. Nativitas Salvatoris No=stri Jesu Christi, quae similis est illi delineatae in Sacello Joannis Septimi, cum adoratione Magorum habentium

par=

Q

pareos pileos ut supra dictu est in alia Magoru historia sacelli Joannis septimi fol. 103 et 104, cum stella illos ducente; & quando Angelus pastoribus apparuit ⁊ Jesu Xpi praesentatio in Templo cum litteris Graecis HYPPAPANTE; & Anna habente pendentem chartam cum litteris HIC. INFANS. JESVS. CHRISTVS. ⁊ Baptismus Christi in Jordane ⁊ In sinistra vero parte ⁊ Transfiguratio Domini ⁊ Triumphus in die Palmarum ⁊ Crucifixio quatuor clavis ⁊ Mulieres ad monumentum cum lapide revoluto, Angelo supra ipsum sedente, & litteris Graecis LAPIDI scilicet insidebat Angelus; In sepulcro linteamina cum sudario, quibus puerorum nascentium colligatorum instar, salvatoris nostri corpus Sanctissimum fuerat involutum.

In margin: A in Nativitate Dni

In gyro harum historiarum sunt imagines inferius notandae sequentibus numeris.

Imagines Sanctorum Patrum Graecae quae in gyro [illegible] antiquissimae Umbellae Ciborij S.mi Sudarij

1 Mater Christi expansis manibus Graeco rita

2 Sanctus Lucas Evangelista in symbolo Bovis alati tenentis codicem Evangeliorum.

3 Cherubim cum litteris Sanctus, Sanctus, Sanctus

4 Sanctus Joannes Chrisostomus macilenta facie, fronte lata & spatiosa, caput cum rasa corona, modica barba, mentum pilis nudatum extremo ambitu excepto, in quo est barba bifurcata.

5 Sanctus Nicolaus Archiepiscopus barba rotunda crispa satis, trahens imagini sancti Petri; similis est etiam nummo aeneo invento dum effoderentur fundamenta novae Basilicae Vaticanae e regione Coemeterij Campi Sancti sub Paulo V. Pontifice Maximo in imo fundamento veteris Basilicae; in uno latere habebat imaginem sancti Nicolai Archiepiscopi, in alio latere habebat has litte-

litteras Graeco caractere. SANCTVS. NICOLAVS EPISCOPVS. GRAECVS. LIBERA. TVVM NVTRITOREM. ORPHANORVM.

6 Sanctus Caplus iuvenis sine barba, rasum habet caput ad coronam, fert rotulum scriptum; benedicit annulari cum pollice coniuncto, indutus manto supra vestes.

7 Sanctus Jacobus Apostolus mediocri barba longa flavi coloris cuspidata fert rotulum.

8 Sanctus Simon Apostolus barba rotunda, senex, caput calvum.

9 Propheta Salomon cum corona Imperiali, cum orbiculari diademate tamquam sanctus, flavam habet caesariem, iuvenis imberbis, fert rotulum scriptum, indutus manto. Habet orbicularo, ut dixi, diadema; ita etiam in Cathedralibus Montis Regalis & Papiae, atque in Oratorio Sci Silvestri iuxta Ecclesiam Sanctorum Quatuor Coronatorum Urbis.

10 Sanctus Andreas Apostolus senex valde longo et denso capillo elevato, barba longa, magnis cilijs, lata fronte.

11 Sanctus Thomas Apostolus iuvenis sine barba, flavo, & spisso capillo cum rotulo.

12 Sanctus Stephanus protomartyr habet manum supra vestem, habet rotulum cum rasa capitis corona sine barba.

13 Sanctus Gregorius Theologus habet barbam longam latam albam ita ut dimidiam pectoris partem operiat, facie extenuata praesertim in maxillis, lata & spatiosa fronte, capite calvo cum modicis capillis.

14 Sanctus Basilius habet barbam longam latam, sed cu-

cuspidatam nigram, labij superioris pilos reflexos ad barbā, capillos nigros densos, mediocrem frontem cum latis angulis, in medio capillos in partem reflexos.

15 Facies Cherubim lanceam gestantis, et altera manu fert globum, in quo sunt duæ lineæ rubræ decussatæ cum litteris Sanctus, Sanctus, Sanctus.

16 Sanctus Marcus in figura Leonis cum libro.

17 Sedes sive Thronus ubi sedentis loco stat liber, in sedis postergali extat Crux Dominica ornata in collo eius spinea Christi Corona, hinc lancea, hinc spongia cum litteris PRAEPARATIO.

18 Aquila cum libro Joannis Evangelistæ symbolum.

19 Alius Cherubim similis supradicto.

20 Sanctus Petrus Alexandrinus rotunda & crispa barba alba, crispis et spissis capillis, mediocri fronte, facie macra et rotunda.

21 Sanctus Cyrillus habet ultra diadema in capite quandam violaceam parvam cucullam parum eleuatam cum fascia aurea supra frontem; habet nasum longum simum, cilia eleuata, aures magnas, barbam nigram albentem acutam prolixam ad ima pectoris.

22 Sanctus Antippas habet labia oris prominentia, barbam albam acutam longam, aures magnas, albo & spisso capillo, faciei corpus in maxillis pressum.

23 Sanctus Philippus Apostolus iuuenis flaui capilli sine barba cum rotulo.

24 Sanctus Paulus, magnum caput, ampla longaq̃ facie, caput caluum præterquam in summa fronte, flauo capillo ~~habens~~ albente, longa & spissa barba, superioris labij pilos ad barbam decliuos & spissos habet, benedicitq̃ pollice cum annulari coniuncto, tenet librum.

25 Propheta David benedicit pollice cum annulari coniun=

cantinello, tenet rotulum; habet albam cæsariem, Imperialem coronam, Diadema rotundum tamquam sanctus, sicuti habet Salomon filius eius, parua fronte, barba rotunda & spissa, facie contracta, cilijs aliquantulum eleuatis, simo naso, magnis auribus ~~cum~~ cum manto.

26 Sanctus Petrus cum Manto & scriptura rotulo, crispo capillo & denso, barba alba et nigra crispa.

27 Sanctus Bartholomeus rotunda ~~alba~~ barba alba & nigra, spisso capillo, turgidis ocularibus.

28 Sanctus Spiridion habet in capite integumentū cuspidatum, corpulenta & magna facie, barbam albam latam longam & acutam ad ima quasi pectoris definentem.

29 Sanctus Amphilochius spisso albo et nigro capillo, contracta fronte, arcuatis cilijs, barba longa spissa & acuta, macra facie.

30 Sanctus Athanasius mœstam habet faciem amplam cum spissa barba alba, quæ, à genis longa & densa in rotundum desinit, macra facie, præsertim ad genas, longo naso, spatiosa fronte, spisso capillo.

31 Cherubim cum litteris Sanctus, Sanctus, Sanctus.

32 Sanctus Mattheus in figura Angeli tenentis codicem Euangelij. Supradictæ oēs imagines ſ̄bellā [illegible]

33 Transfiguratio Domini cum litteris METAMORPHOSIS.

34 Angelus sedens ad monumentū cū l̃ris LAPIDI.

35 Præsentatio Jesu in Templo cum litteris IPPAPANTE.

36 Depositum corpus mortuum Saluatoris Nostri Jesu Christi extensum cernitur, ut supra dixi, sicut Græci Romæ repræsentant in die sancto Parauesce hora noctis secunda in processione

IC XC

Altera antiquissima umbella, quæ Ciborio SacroSancti Sudarij Veronicæ in ueteri Vatic.a Basilica seruiebat.

HAEC altera antiquissima umbella serico & damasco ru=bro texta lata palmis Vij longa palmis Viiij semis. In me=dio habet Saluatorem nostrum Iesum Christum mortuũ extentum cum duobus Angelis uno ad caput, et altero ad pedes, qui flabella tenentes in quibus Cherubini facies est, uentilationem faciunt Dominico corpori; quæ sa=cra imago ex auro acu picta cernitur mire deuota. Totum pannum uarijs aureis rotis & Crucibus spar=sum est, asseruatur hodie in sacrario dictæ Basilicæ. Collegij Græcorum Alumni qui hanc umbellam uide=runt ualde antiquam iudicarunt; atq. inscriptionem in ipsa Græcis antiquis litteris maiusculis auro textis exaratam in subiecto exemplo appositam, ita interpre=tati sunt latino sermone.

IESVS CHRISTVS. FVNERALIS LAMENTATIO.

DOMINE SALVATOR MEVS EXO=DIVM HYMNVM ET FVNEBREM CANTIONEM CANEMVS TIBI QVI TVA SEPVLTVRA VITAE MEAE ADITVS APERVISTI. ATQVE MORTE MORTEM ET ORCVM NECASTI.

Quid

Quid in supradicta inscriptione Græca significet exodium hymnum dictionaria Græcorum & Latinorum satis manifestant, dicunt enim sonare modos qui in exitu uel funus alicuius canuntur, & quia unico uerbo in idioma latinum transferri non potuit, ideo græcam uocem ab alumnis ipsis relictam hic habes.

Anastasius Bibliothecarius in uita Sancti Siluestri papæ hæc scribit. Hic constituit ut Diaconi Dalmaticis uterentur in Ecc.^a & palla linostima læua eorum tegeretur. Quæ autem fuerit palla linostima antiquissima hæc umbella declaratur; habet enim Angelos albis Dalmaticis indutos pallam linostimam quam hodie Stolam uocamus sinistro humero deferentes quasi Dalmaticæ limbum pertingentem; quæ licet hic non lino texta, sed auro & serico monstretur id forte artificis inuentione, uel quia magnificentiæ sacrorum gratia fuerit commutata. Ita hodie in Maioribus Missarum solemnijs Græci Romæ & alibi utuntur.

Ex duabus igitur istis antiquissimis umbellis, præter alia superius in hoc libro narrata, ualde amplificatur summa deuotio Christianissimorum Principum erga sacrosanctum Domini Vultum in Veronicæ uelo diuinitus impressum.

Corroboratur magna Ciborij antiquitas à Ioanne septimo ut dictum est, fabrefacti ad tantum thesaurum excipiendum, umbellis præfatis ornatum.

In his umbellis sunt uetustatis monumenta, quæ studiosis ingenijs relinquuntur.

EXEmplum supradictæ alterius Vmbellæ Ciborij Sacrosancti Sudarij Veronicæ in ueteri Vaticana Basilica.

ΙC ΧC ὁ ἐπιτάφιος θρῆνος ⁘

✠ ΚC CΗΡ Η ΓΕ ΞΟΔΙΟΝ ΥΜΝΟΝ Κ ΕΠΙΤΑΦΟΝ ῼΔΗΝ COΙ Α
COΜΕΝ. ΤΩ ΤΗ ΤΑΦΗ COΥ ΖΩΗC ΗΜΙΝ. ΤΑC ΕΙCΟΔΟΥC ΑΝΟΙ
ΞΑΝΤΙ Κ ΘΑΝΑΤΩ ΤΟΝ ΘΑΝΑΤΟΝ. ΚΑΙ ΑΔΟΥ ΘΑΝΑΤΩCΑΝΤΙ ⁘

Series Annorum, quibus Sacrosanctū Veronicæ Sudarium in Vrbe collocatū & in Vatic.ª Bas.ᶜᵃ conditū hoc opere narrat.ʳ

Spatio nongentorum quindecim añoruz ab anno 705. ad 1620. Sudariū Veronicæ mansit in dicta Bas.ᶜᵃ

Joannes papa VII ciboriū cō= struxit in Vati= cana Ba= silica an= no 705. ad Sacro- sanctum Sudarium conservan[illegible]

Anni Domini.			
34	1294	1462	1600
93	1296	1470	1606
250	1300	1475	1607
385	1319	1477	1611
705	1328	1482	1612
784	1350	1486	1616
1011	1365	1488	1617
1100	1367	1490	1618
1131	1369	1500	1619
1160	1370	1501	
1192	1373	1506	
1204	1378	1507	
1207	1390	1508	
1222	1395	1514	
1224	1397	1525	
1254	1403	1527	
1268	1407	1530	
1271	1409	1534	
1278	1410	1550	
1280	1411	1565	
1288	1420	1575	
1290	1441	1581	
	1444	1589	
	1450	1592	
	1451	1598	

Scriptura de Sudario Veronicæ quæ in multis à ueritate refellitur.

Spatio Nongentorum quindecim annorū à Joanne Septimo Papa usque ad Paulum Quintum Pontificem Maximum, patet manifeste ex proxima temporum serie Sacrosanctum Veronicæ Sudarium in alma Principis Apostolorum Basilica stetisse, recentioris seculi MD. multis omissis annis breuitati indulgendo.

Consideret benignus lector quanam possit ueritate fulciri quædam scriptura quæ incipit. Per più chiara intelligenza etc. ubi dicit inter alia.

Quod ante Innocentium Secundum Sudarium Veronicæ seruabatur in Templo Pantheon, contrarium probatur; nam ante Innocentium Secundum erat in Basilica sancti Petri temporibus Joannis Vij, Hadriani primi, Benedicti Vij, et Paschalis secundi, qui Innocentium præcesserunt, ut in hoc libro fol. 15. 19. et 23.

Quod Innocentius secundus ex Templo Pantheon Sudarium Christi transtulerit ad Ecclesiam sancti Spiritus in Saxia; contrarium probatur; nam tempore Innocentij secundi anno 1131. erat in Basilica sancti Petri, ut in hoc libro fol. 24.

Quod ab Innocentio secundo usque ad Innocentiū Tertium fuerit in Ecclesia sancti Spiritus in Saxia spatio LXXVII. annorum, contrarium probatur; nam temporibus Cælestini secundi, Alexandri Tertij, et Cælestini Tertij ex scripturis in hoc libro notatis fol. 24. 26. 27. manifeste probatur Sudarium stetisse in Basilica sancti Petri. Hi Summi Pontifices immediate fuerunt post Innocentium secundum usque ad Innocentium Tertium.

Quod ex uerbis Castalli Metallini in quodam paruo cubiculo in ipsa sancti Spiritus æde seruabatur intra

intra cameram ferream sex clauibus munitam, quas toti=
dem familiæ Romanæ singularum nominibus expressæ reti=
nebant; hisq. cura imminebat festo Pentecosten custodiendi sa=
cram Reliquiam sacrosancti Sudarij dum ab Ecclesia Sancti
Spiritus ad Basilicam Sancti Petri portaretur, ibiq. populo mon=
straretur cum onere ut singuli earundem familiarũ cũ XX.
alijs armatis in processione sacrum Vultum custodirent, atq.
ex Vaticana Basilica ad memoratam sancti Spiritus Ecclesiam
ad locum suum reportandi curam haberent, ac de pabulo
et duabus uaccis à dicto hospitale eisdem Romanis ciuibus
hac de causa erogandis fabulosa sunt omnino ex serie enim
annorum in præcedenti folio 117. elicitur hæc à ueritate
prorsus discrepare, quandoquidem ipsa sanctissima Reli=
quia in Vaticana Basilica à Joanne Septimo ad hanc usq.
diem semper & continuatis temporibus maxima ueneratio=
ne asseruata fuit, eiusq. Ciborij claues solus Romanus
Pontifex unam; reliquas Canonici qui sacrario Basilicæ
præsunt, ut in hoc libro dictum fuit fol. 81. ex antiquiss.ª
consuetudine retinuisse certum est. Non Senatus Romanus, non
familia aliqua sacratissimæ huius Reliquiæ iurisdictionem
aliquam habuerunt; sed Princeps Maximus dumtaxat
tamquam Dominus & Patronus, et Canonici eius sacri Templi.
In Tabulario pr.ti hospitalis Sancti Spiritus nihil de Sudario
quod fuerit in dicto Templo sancti Spiritus asseruatũ; nihil
de pabulo; nihil de uaccis scriptum reperitur, relatu illorum
qui in his perquirendis diligentiam maximam adhibuerunt.
Quod Innocentius Tertius, ut dicta scriptura narrat, sacrosan=
ctum Veronicæ Sudarium ab Ecclesia Sancti Spiritus ad Vati=
canam Basilicam transtulerit refellitur ex dicta serie. In=
nocentius Tertius fuit auctor processionis solemnis Sanctis=
simi Sudarij ab Ecc.ª S. Petri ad hospitale Sancti Spiritus
cum interuentu Papæ & Cardinalium ac datione eleemo=
synarum pro mille pauperibus Dominica Nuptiarum pri=

prima post Octauam Epiphaniæ singulis annis; cœpitq. anno
salutis MCCVIII. ut in hoc libro fol. 30. atq. in bulla eius=
dem Summi Pontificis, in qua soli Canonici Sancti Petri, à
quibus in processione ferebatur, nominantur; non Sena=
tus, non magistratus, non familiæ aliquæ, non camera
ferrea, non armati, non claues, non pabulum, non uac=
cæ in ipsa constitutione Innocentiana aliquatenus ha=
bentur. Ex memorata scriptura constat de diuersitate
diei; nam dies quo Sudarium processione ferebatur ad
hospitale Sancti Spiritus non erat dies Pentecostes, sed Domi=
nica Nuptiarum in Chana Galileæ; dies secunda Pen=
tecostes quo processio Sancti Sp.ũs ad Basilicam S. Petri
ad sacrum Sudarium uidendum accedit, addita fuit
à Sixto Quarto, ut in hoc libro folio 67. Nolite igitur
omni Spiritui credere, sed quæ uera sunt probate;
ideo sequentem scripturam non cum alijs supranarratis
quas à Bibliotheca famosissima Vaticana alijsq. publi=
cis Archiuis fideliter sumpti simul apponere, sed
in fine operis notare uisum est, ut omnia quæ de
Sanctissimo Sudario loquuntur, & quæ reperire potui
in hoc libro habeantur. Scriptura autem præfata
non à Bibliotheca publica, non ab Archiuo, non à ue=
tusto caractere, sed à uolante folio transcripta ta=
lis est uidelicet.

VERA Istoria del volto santo.

Per più chiara intelligenza del pñte dissegno, et della
sacrosanta Istoria del Volto santo è da sapere, che al tempo
di Tiberio Imperatore, qual successe ad Augusto figlio adottivo
di Giulio Cesare; fù condennato à morte da Pontio Pilato Preside
della Giudea Giesu Christo Nostro Signore. & perche innanzi
come scrive Dione & recita il Panuinio nelli suoi libri delli
fasti era stato edificato in Roma da Marco Agrippa genero
di Augusto nel suo terzo Consolato, il tempio che hoggi si chia=
ma

chiama Santa Maria della Rotonda, detta dagli antichi
Panteon, quale come scriue Plinio fu da detto Agrippa dedica=
to à Gioue Vltore; perilche si può credere che sia la uerità
quello che scriue il sopranominato autore; cioè che hauendo
l'Imperatore hauuto notitia delli stupendi miracoli, che fa=
ceua Nostro Signore Giesu Christo in Palestina hoggi detta ter=
ra santa, pensò di farlo uenire in Roma; mà in quel men=
tre hauendo hauuto noua della sua morte dallo istesso Pi=
lato, quale riconoscendosi dell'errore scrisse, & non hauen=
do potuto in ciò adempire il suo desiderio mandò Volusia=
no Sauello Patritio Romano contra Pilato in terra santa,
con commissione che douesse portar quello che hauesse po=
tuto ritrouare delle reliquie di Giesu Xpo nostro Sig.^re Quale
hauendo obedito & ritrouato in Palestina che santa Vero=
nica haueua conseruato in una cassetta d'auorio l'asciuga=
tore che li presentò mentre era menato alla morte, col quale
essendosi sciugato il viso ui era rimasto il ritratto della
sua Santissima effigie. Volusiano hauendo conseruato detta
santa reliquia nell'istessa cassetta, & posta come si può cre=
dere con altre reliquie, tra le quali dicono essere una quel.
ritratto della Madonna che è nella Chiesa di Santa Maria
della Rotonda, in un'altra cassa maggiore, che da molti
si tiene, che sia quella che hoggi di si conserua sopra la cor=
nice del Choro in detta Chiesa; nella qual cassa ui si veg=
gono molte serrature, menando anco seco detta santa
Veronica se ne tornò in Roma dall'Imperatore, quale
essendo grauemente ammalato subito che uidde detta S.^ma
Religuia diuenne sano. Per il qual miracolo Volusiano con
alcuni altri si conuertirono alla fede di N. S. Giesu Xpo.
Del che essendone diuulgata la fama per il popolo di Ro=
ma, & dimandando all'Imperatore che la facesse mo=
strare in publico, mà dubitando Tiberio che p. detta causa
non si suscitasse qualche ribellione non volse compia
cer=

Agrippa aedificauit superbissimam Porticum colligitur ex inspectione et obseruatione ipsius porticus cum Templo multo ante aedificato, Porticus enim & templi mutuam parietum incorporationem nō habent.

Qui hanc Scripturam fecit meo quidem iudicio fuit Alphonsus Ciccarellus, nominat Volusianum Sabellum, sed in historia Vultus Sancti Bibliothecae Vaticanae ut in hoc libro fol. 8. dicit.^r tantum nomen Volusianus & non cognomen Sabellus.

capsa antiquissima est, uetustate satis tabuit, licet habeat tabulas crassas tribus digitis, cum XIII seris et totidem uectibus à tegmine pendentibus ad seras.

compiacergli; mà la fece riporre secretamente in Santa
Maria della Rotonda, doue stette nascostamente fino al
tempo di Foca Imperatore, che poi donò detto Tempio à Papa
Bonifatio Quarto, il quale hauendo fatto leuare gl'Idoli
& falsi Dei delli gentili, dedicò detto Tempio alla beatis.^ma
Vergine & à tutti li Santi; & hauendoui trouato detta
cassa con questa Santissima Religuia, ordinò che si douesse
mostrare al popolo una uolta l'anno il giorno del Vener=
di Santo con cinque millia anni de Indulgentia. Et qui=
ui stette detta santissima Religuia fino al tempo di Papa
Innocentio secondo, quale da detto luogo per maggior
sicurezza la fece trasportare in Santo Spirito, doue in
quel tempo era una picciola Chiesa. Et come scriue
Castallo Metallino si custodiua in detto luogo in una ca=
meretta nella porta della quale erano sei serrature, & era
tutta di ferro, et detto luogo era custodito da sei nobili case
de Romani de sei Rioni, & ciaschedun gentilhuomo di dette
case teneua una chiaue differente da quella degl'altri,
talche non si poteua aprire, se non da tutti insieme. &
le famiglie che haueuano detta cura erano li Capodiferro
del Rione della Regola, li Tarrani di Parione, li Merca=
tanti di Ponte, li Ricci di Campo Marzo, & li Stefaneschi
di Trasteuere, & li Tosetti di Colonna. Questi sei gen=
tilhuomini haueuano cura di far portare detta santa
Religuia il giorno della Pentecoste da detto luogo à San
Pietro, doue si mostraua al popolo, & loro erano obligati
accompagnare detta santa Religuia tutti armati con uin=
ti compagni per ciascheduno fino al luogo doue si mostra=
ua & poi la riportauano, & quei di Santo Spirito li do=
nauano due uacche, quali si mangiauano nel pasto
che si faceua fra loro in detto giorno. Et quiui stette
fino al tempo di Papa Innocenzo terzo, che da detto
luogo con gran pompa lo portò in San Pietro, & lo
die=

diede in custodia alli Rev.mi Sig.ri Canonici di d.a Chiesa, dalli quali hoggidì si custodisce con grandiss.a veneratione insieme con la lancia, con la quale fu aperto il lato di N. S. Giesù Xpo, & si mostrano dalli istessi Canonici con Indulgenza ecc. Laus Deo.

In libro Chronicorum Romanæ Ecclesiæ, cap. 28. scriptos à Joanne de Virgilijs tempore Dantis Aldigerij, ita historia Sanctissimi Sudarij Dni nostri Jesu Xpi legitur.

Adhibitam diligentiam huius inquirendi Joannis de Virgilijs in Bibliotheca Vaticana Pontificia & alibi, penitus ignotum est, fictum aliqui putant nomen; et quod ferrum lanceæ dicti auctoris tempore sub Dante Aldigerio annis iam elapsis trecentis in Basilica Sancti Petri servaretur, refellitur, nam sacra ipsa cuspis ab Innocentio Octavo anno MCCCCXCII. ut in hoc libro dicitur, collocata fuit. Supradicta igitur scriptura accepta videtur à manu scripto libro Translationis Sanctissimi Sudarij ad Urbem, quæ habetur supra folio 8. partim proprio marte addita & à veritate omnino aliena, partim à m. s. tabella in Templo Pantheon ad septum Aræ maximæ appensa vetusto caractere, [in membranis] quæ omnia studiosi lectoris iudicio relinquuntur.

Tabula in Templo Pantheon talis est.

Cunctis hanc legentibus paginam pateat & notum sit qualiter hoc Dive Mariæ Rotundæ Templum vocabatur Pantheon, & est vocabulum Græcum quod latinè dicebatur Templum omnium Deorum, quos adorabant Romani antequam susciperent Fidem Xpi, & sumpta fide Christi Bonifacius Quartus à Spiritu Sancto tactus, illud à Cæsare Phoca Imperatore obtinuit. Et facta omnium Idolorum et dæmonum expulsione seu purificatione XIIJ. mensis Maij cum magna reverentia et devotione honori gloriosissimæ Virginis Mariæ, ad martyres ac omnium mar=

martyrum Xpi consecravit illud, & huic in tali die devote in forma consueta Ecclesiæ accedentibus omnium peccatorum suorum remissionem concessit. ac in altari maiori collocavit corpora Sanctorum Rasij & Anastasij cũ alijs reliquijs. Quando fuit consecratum hoc Templum fuerunt delati ad illud viginti octo currus ossium martyrum; quæ descendendo de altari maiori ad dexteram partem condita sunt. Item in hac Ecclesiam seu Templum fuit delatum Sudarium Jesu Xpi, quod nunc ostenditur in Ecc.a S. Petri cum imagine gloriosæ virginis Mariæ, à civitate Jerosolyma, quam imaginem, ut dicitur, depinxit Sanctus Lucas Evangelista, et illud collocatum in quadam capsa, quæ est sup. sacristia in una fenestra, quæ usq. modo in ipsa fenestra cernitur, et dicta capsa habebat tredecim claves pro quolibet capite Regionis Urbis unam, ut illud secure custodiretur, & cum reverentia et devotione sup. columna et cornice ubi nunc est Crucifixus ostendebatur. Hinc fuit delatum ad Ecclesiam Sancti Spiritus, ex qua fuit delatum ad Ecclesiam Sancti Petri in Vaticano, & ibi permanet. Imago vero Virginis Mariæ quæ fuit portata à civitate Jerusalem cum suprascripto Sudario fuit collocata super aliam columnam & Cornicem à dextris, & ibi stat in formam a=celli; & in primis Vesperis Vigiliæ consecrationis prædictæ defertur ad altare Sanctæ Mariæ ad martyres processionaliter et post occasum Solis dictæ Octavæ consecrationis similiter reducitur ad locum suum: Quæ imago propter devotionem populi ostenditur omnibus festivitatibus gloriosiss.æ virginis Mariæ, solemniter processionaliter. Fuit reperta quædam parva Crux argentea deaurata cum certis Reliquijs intus ibi relictis, in pedibus dictæ imaginis et Crucis erant quædam litteræ græcæ, quæ propter nimiam vetustatem legi non possunt. Inquinq. vasculis christallinis plenis ossibus Sanctorum, quorum nomina propter vastationem Urbis ignorantur. Item quicumq. in forma Ecc.æ

De Sudario Jesu Xpi Veronicæ

Eccl. uisitauerit hanc Ecclesiam ter in anno uidelicet in die supradictæ consecrationis, In dominica infra octauam Ascentionis, et in festo omnium sanctorum, ij pro quolibet die istorum obtinebunt plenariam Indulgentiam omnium peccatorum. Reperitur quod Bonifacius supradictus consecrauit hanc Ecclesiam tantum in nomine gloriosæ uirginis Mariæ et omnium martyrum Christi et ~~in~~ non aliorum sanctorum et in hac Vrbe tantum, ita et taliter quod propter magnam multitudinem forentium ad istam Indulgentiam concurrentium erat penuria in Vrbe uictualium, ob quam causam Gregorius Quartus successor prædicti Bonifacij confirmauit consecrationem et Indulgentiam Bonifacij prædecessoris et transtulit festum ad primum diem Nouembris, quia tunc est recollectum frumentum et uinum. Et insuper addidit festum omnium sanctorum et sanctarum Dei, et statuit hoc festum non tantum celebrandum in Vrbe, sed etiam in toto Orbe terrarum perpetuis temporibus duraturum. Item in omnibus diebus festiuis B. Mariæ Virginis est statio et Indulgentia ut in supradictis festis. In feria sexta post Pascha Resurrectionis est statio XIIII.m annorum Indulgentiæ. Item uero in Præsepio ubi est imago gloriosæ uirginis Mariæ uisitantibus et eleemosynam porrigentibus VII anni quotidie et VII quadragenæ conceduntur, In maioribus uero festiuitatibus anni duplicantur. Item uisitantibus Ecclesiam prædictam et altaria eius circuitum quotidie largitur remissionem tertiæ partis omnium peccatorum. Ibi sunt multæ reliquiæ recondite, et specialiter de reliquijs pertinentibus ad locum ubi Christus natus est, et aliarum reliquiarum, quarum nomina singillatim dicere nescimus.

Hanc diuæ comptam Mariæ uenerare figurā
Quam Deus ex Asia transtulit in Latium.
Laus Deo.

Ve=

Vetustissima capsa, ut alias dixi, cernitur hodie in Panteon habens xiij. ualde antiquas seras cum repagulis siue uectibus à tegmine ad seras pendentibus, septem habet in facie, utrimque sex, in quolibet latere ternas. Et licet in principio huius libri dixerim meam esse sententiam sacrosanctam hanc reliquiam Dominici Vultus à Sancto Siluestro Papa fuisse collocatam in ueteri Vaticana Basilica, ex longinquitate temporis nongentorum quindecim annorum quibus in eadem reperitur, rationem eliciendo; sed mea item sententia est temporibus Bonifacij Quarti, et forsitan in memorata capsa, cum ut dixi maximam demonstret antiquitatem Sacrum Sudarium in Templo Pantheon extitisse ~~atque~~ ab ipso Bonifacio uel à Joanne Septimo, à quo ut est probabile, cum et Ciborium et sacellum magnificum Sudario extruxerit ad Vaticanam fuerit Basilicam deportatum, sed scripturis deficientibus longissimi temporis iniuria ad germanam huius rei notitiam peruenire non possumus. Bonifacius enim Quartus Templum Pantheon ad B. Mariæ omniumque sanctorum honorem transtulit, ut ipsius sancti Pontificis marmore incisum adhuc in eadem sancti Petri Basilica docet Epitaphium, cuius ultima carmina sunt à Bonifacio VIII. addita, et est huiusmodi inepto caractere maiusculo.

Die XIIII. maij 1619. uidi hanc capsam humi positam et XIII. seras numeraui, nam Canonici Sanctæ Mariæ Rotundæ ipsam uolebant honorificentius collocare. Anno 1618. uidi capsam ipsam supra altare expositam et non animaduerti nisi VII. seras in facie, laterales erant absconsæ muro altaris.

Gregorio quartus iacet hic Bonifacius almus,
Huius qui sedis fuit æquus rector et ædis.
Tempore quo Phocæ cernens Templum fore Romæ
Delubra cunctorum fuerant quo dæmoniorum.
Hoc expurgauit sanctis cunctisque dicauit;
Cuius natalis solemnia qui celebratis
Primis septembris fert hæc lux quarta Kalendis.
Octauus titulo hoc Bonifacius ossa reperta
Hac locat erecta Bonifacij nominis ara.

Gregorio quartus, idest quartus Pont.x fuit Bonifacius à Gregorio p.o

Mea

Mea item est sententia Regionum Urbis capita nequaquam claves ipsius antiquissimae capte retinuisse, Joannis Tarcagnotae testimonio histor. lib. 14. qui tempore Urbani Quarti anno MCCLXI primum à Senatu Romano fuisse creata ita scribit. Furono anco in questo tempo creati primieramente in Roma i Banderesi, che si eleggeuano di ogni regione della città uno, et haueano grande auttorità sopra la uita de cittadini; furono così detti dalla bandiera uoce all'hora Germana, che ogn'uno di loro diuersa, et l'ettere ogn'uno dall'altro nelle occorrenti imprese conosciuto usaua; ora i Caporioni quasi capi delle Regioni della città, benchè non habbino quella tanta auttorità si chiamano. Si igitur capita regionum Urbis Banderenses appellati; ita enim in Diario Antonij Petri ab anno 1404 ad 1417. nominantur fol. 10 et 11. in Bibliotheca Basilicae S. Petri; exordium habuerunt anno 1261. claves memoratae capte non retinuerunt, quia tempore Urbani IIII. sanctum Veronicae Sudarium in Basilica Vaticana et iam ante ab aliquot saeculis uenerabatur. In uita Innocentij sexti in Archiuo Vaticano Pontificio, ubi diffuse agit de electione Senatoris, eius expulsione, et de quinquaginta sex senatoribus electis, ac de maleficijs quae eorum causa impune committebantur, eorumque Senatorum abrogatione, et in pristinum ad unum tantum reductione, nullum uerbum de capitibus Regionum. Immo et in processione à Basilica S. Petri ad Lateranum, cuius mentio fol. 33. nihil. In processione etiam à Benedicto Canonico S. Petri tempore Innocentij secundi, ut in Vaticano sub n.° 5348. descripta in die Natalis Dni capita Regionum minime nominantur. Nec minus sunt milites Draconarij siue bandorarij portantes xij uexilla ante Pontificem et alij duo portantes duos Cherubim in lanceis in di=

dicta processione, quia isti erant Cursores ex caeremoniale antiquo Gregorij Decimi, quae cuius uerba infra apponentur. Ita scribit Benedictus. Finita missa Pontifex ab Archidiacono coronatus ascendit equum et procedit cum processione usque ad Palatiu hoc modo. Post eum Praefectus indutus manto pretioso et calceatus zancha una aurea et altera rubra; circa eum Judices pluuialibus induti. Ante Pontificem Archidiaconus & Diaconus cum Primicerio bini & bini. Deinde Subdiaconus. Ante quos Cardinales. Ante Cardinales cantando ante eos Notarij. Ante Notarios Episcopi. Ante episcopos Crux Dni Papae. Ante Crucem milites Draconarij portantes xij uexilla, quae bandera uocantur. Et equus Dni Papae ornatus sed uacuus. Circa processionem duo Praefecti nauales qui dicuntur delongarij cum baculis in manibus pluuialibus induti. Maiorenti uero cum mantellis sericis & baculis, qui uocantur schola stimulati custodientes processionem ne aliquis se intromittat &c.

Pluuiale quod gerit sacerdos est uestis sacra quia habet auri frigia utrimque à collo ad pedes stringentia, quae significant flumina doctrinae quae pollere debet sacerdos; pluuiale laycorum his frigijs carebant

Ex caeremoniale Gregorij Decimi Bibliothecae Vaticanae dicta processio ita describitur in principio libri: dum agit de coronatione Papae et processione ipsa die coronationis à Vaticano ad Lateranum.

Sed omnibus paratis ipse Summus Pontifex, et omnes Cardinales & alij Praelati & Subdiaconi quilibet in gradu suo induuntur uestimentis pretiosis albi coloris. Episcopi pluuialibus, Presbyteri casulis, Diaconi dalmaticis, Subdiaconi Tunicellis, Acolyti superpellicijs et alij Cappellani. Episcopi Archiepi Abbates & Patriarchae pluuialibus. Et Judices & Scriniarij similiter Praefecti & Aduocati erunt induti pluuialibus. Primicerius pluuiali & Mitra. Scholenses in superpellicijs. Et Papa omnia ornamenta habebit, et pallium & mitram optimam, & chirothecas & annulum pastoralem, & sic cum omnibus uenit ad portam siue ad gradus Ecclesiae & ibi Prior Diaconorum extrahit ei Mitram, & ponit ei

Praefecti nauales.

Scriniarij erant notarij Urbis conficientes Instrumenta publica ex Archiuo Basilicae Sancti Petri; subscribebant se S.R.E. et sacrae Praefecturae gratia notarios. hos enim Praefectus Urbis creabat.

ei Coronam quae vocatur Regnum in capite toto populo clamante Kirieeleyson, et sic cum omni ornatu quilibet Cardinalis & Praelati equitant equum coopertum panno albo. Subdiaconi vero, Cappellani, Scriniarij & alij equitant ornate vestiti non tamen habent equos coopertos. Papa equitat equum magnum phaleratum & coopertum tantum ex parte posteriori de scarlato, in parte vero anteriori non coopertus. Sic omnibus equos ascendentibus Prior Diaconorum cum ferula ordinat processionem hoc modo.

Primo praedictus equus dni Papae phaleratus. Secundo vadit Subdiaconus cum Cruce. tertio XIJ brandonarij cum XIJ vexillis rubris, et duo alij cum duobus Cherubim micantia in lanceis. 4°. duo praefecti navales induti pluvialibus. V. Scriniarij. VI. Advocati. VII Judices. VIII cantores. IX Diaconus & Subdiaconus qui legunt Epistolam & Evangelium in Graeco. X Abbates forenses. XI Episcopi. XII Archiepi. XIII Abbates Urbis. XIIII Patriarchae. XV Presbyteri Cardinales. XVI Diaconi Cardinales. XVII. Dominus PAPA, & Subdiaconus cum tobalea, & serviens qui portet umbraculum.

Brandonarij portantes XII vexilla & duo Cherubim in lanceis [illegible] capita Regionum sed erant XIIII. Cursores ex dicto caeremoniale Gregorij Decimi fol. 20. de coronatione Summi Pontificis.

Quid in area antiquiss. in Templo Pantheon ad hanc usque diem asservata, et de qua tabula manuscripta eius Eccl. loquitur (ut superius dixi) fuerit recondictum penitus ignoro; benigni lectoris iudicio id relinquo; satis est me validius confirmari in ea opinione etiam si solus animum in ea stetisset ex allegatis rationibus clarius supradicta capita a capitibus Regionum nequaquam retentas fuisse, cum eorundem origo sit ab Urbano IIII. quo Pontifice sudarium erat in Vaticana Basilica et

et ante ipsum Urbanum per continuam temporis seriem annis quingentis quinquaginta sex, obijcere quis posset XII vexilla et duo Cherubim in lanceis lata ante Pontificem a Draconarijs militibus, hos capita regionum extitisse; sed hoc minime verum est, qui ea ferebant vexilla Cursores erant ex dicto caeremoniali pagina 20 his verbis.

Prima quilibet Episcopus et dnus Cardinalis super Camisiam superpelliceum, amictum, stolam, & pluviale coloris convenientis tempori habeat sive induat; sed in processione album habeat pluviale. Item habeat ordinarium suum et mitram & equum coopertum coopertimento albo, & in mensa deposito pluviali recipiat mantellum et cum mantello et mitra in capite comedat in Aula cum dno papa.

> Camisia est rochettum, superpellicium est cotta. Rochettus etiam vocatur Succa ex dicto caeremoniale et etiam in Bulla Nicolai III Statutorum Basilicae S. Petri.

Item quilibet de dnis Cardinalibus habebit in mensa Casulam coloris congruentis tempori, quo contigerit consecratio & coronatio celebrari, vel pluviale secundum quod tempus requirit. In processione autem habeat Tunicam & Dalmaticam albi coloris preciosam et equum coopertum coopertimento albo, & in mensa cum dno Papa erit sicut sicut suprascriptum est de alijs dnis Cardinalibus.

> Diaconi cum Dalmaticis subdiaconi cum Tunicis.

Item quilibet Episcopus sive Praelatus, qui reperitur in Curia habeat Camisiam, superpellicium, amictum, stolam & pluviale secundum quod tempori congruit in missa.

Item habeat ordinarium & Mitram, et in Processione pluviale album, mitram & equum coopertum coopertimento albo, cum autem venerit ad palatium cum dno papa, ubi paratum est ad comedendum deponat pluviale, et recipiat mantellum et cum mitra in capite comedat cum dno Papa.

> hodie mantellettum dicitur.

Item dnus Camerarius procedere debet dnum Papam cum Cruce associatis sibi Cappellanis usque ad Ecclesiam ubi debet fieri consecratio & coronatio, & in missa stet in loco consueto. Qua finita accedat ad locum in Eccl. ubi ordinatum est, & fiat presbyterium, & sit paratus una cum uno

de

de Clericis Cameræ & mercatoribus, et ministret dño papæ diversas monetas exhibendas pro presbyterio dñis Cardinalibus, Prælatis & alijs, de quibus consuetum est, & idem Camerarius & Clerici Cameræ sint induti superpellicijs.
Quo facto Camerarius erit cum dño papa, quousque dñs papa sit in mensa, & postea vadat vel revertatur ad cameram ad comedendum cum omnibus Cappellanis dñi papæ qui sunt in Curia; poenitentiarijs & alijs pluribus bonis viris, qui ex parte Camerarij invitantur.

neenon

Item quilibet Cappellanus dñi Papæ non subdiaconus dñi Papæ habeat superpellicium et sic equitabit in processione, & studeat ire ordinate cum socio sibi dato.
Item duo Clerici de Monasterio Crypte ferratæ, etiam si essent in Curia alij Clerici, dummodo Curia sit in tali loco, quod de ipso monasterio possint haberi, alioquin de alijs sicut fieri potest intersint in Missa, quorum unus indutus alba & tunicella legat Epistolam congruentem diei; alius sit indutus paramento & dalmatica et cantet Evangelium quod congruat diei; Et habeant paratos equos post missam, et veniant cum processione usque ad palatium dñi papæ.
Item Thesaurarij habeant paramenta parata preciosa pro dño papa competentia secundum tempus cum consecrabitur et albam pro Missa celebranda process. Mitras, Regnum VIJ candelabra cum cereis, tobaleas, caput cergium, chrisma & alia eis dicta.

Xij vexilla à Cursoribus delata

Item duodecim vexilla & duo Cherubini in Lanceis, qui dabuntur quatuordecim Cursoribus, ut portent ea iuxta papam. Et unus ex ipsis Thesaurarijs cum dñs papa coronabitur assignata Corona recipiat Mitram, & procedat & expectabit in porta Eccl. & dabit Mitram & recipiet Coronam.
Item stabit paratus recipere Pallium & Casulam quando papa recipiet Mantum, & post comestionem recipiet in=

indumenta & sandalia & alia quæ Papa deponet.
Frater N. Marescalcus Marescalli & habebit paratos equos cum Phaleris & alijs necessarijs, equum quem equitabit Papa cum cooperimento posterius de scarlato et faciat alia consueta sibi iniuncta.
Servientes albi erunt parati ad destrandum equum, et ad portandum Solechium et calcaria, Cappellum & Cappam contra aquam ne pluat & Mitrale.
Item servientes nigri portabunt Cappellam, Tapetia, Faldistoria, scabella & alia consueta quando dñs papa vadit cantare in solemnibus festis. Item micam de tribus panibus Item iiij. incisoria de pane in una tobalea pro manibus lavandis.
Item de aqua frigida & calida pro manibus lavandis. Item parabunt in Eccl.a locum ubi se debet induere, & locum post altare, & alium iuxta altare, ubi debet sedere, & faldistorium erit paratum ante altare, in quo incumbat cum fit Letania.
Item in Eccl.a parabitur locus ad sedendum ubi fiat presbyterium, et ubi erit faldistorium ad sedendum.
Item subdiaconi dñi papæ tam Cappellani, quam alij sint induti tunicellis & serviant & cantent laudes cum Priore Diaconorum Cardinalium, & faciant Letaniam quæ erit eis iniuncta, & habeant equos & veniant eques cum process. cum Papa, & unus eorum sit paratus ad portandum Crucem, alij ad faciendum Litaniam in Eccl.a & tertius ad serviendum de tobalea, & subdiaconus qui cantavit Epistolam, in processione portabit librum Evangeliorum, et prior eorum portabit pallium super altare tempore debito. Hucusque dictum cæremoniale.
Quare Tarcagnoti testimonium meo quidem iudicio verum est. Ratus sum aliquando Capita Regionum originem habuisse sub Benedicto XII. Hic gesta in contemptu suo facta à S. P. Q. R. revocat & an=

annullat sui Pontificatus anno V. Auenioni edita consti=
tutione, quæ in Archiuo eius Basilicæ asseruatur. In publico
enim Parlamento Senatus Populusq. Romanus Benedictum XII
in Senatorem & defensorem Urbis elegerat, Pontifex loco
sui Mattheum de filijs Ursi, & Petrum de Columna sub=
stituit. Senatus furibundis armis ipsos postea eiecit, &
Stephanum de Columna ac Jordanum de filijs Ursi cum
tredecim Prioribus Regionum de facto creauit. Quod
si tanti thesauri sacrosancti Sudarij claues capita Regio=
num habuissent (solus namque summus Pontifex & Ca=
nonici prælibatæ Basilicæ illas dumtaxat continuatis tem=
poribus ab æuo immemorabili tenuerunt) quis eripere
tam facile potuisset de manibus eorum, nisi Principum
Maximi summa auctoritas id imperasset? Exempla
docent sacræ imaginis Saluatoris & sanctorum Petri & Pauli
venerabilium capitum Laterani, claues Saluatoris penes Soda=
les ciues Romanos nobiles, sanctorum capitum S. P. Q. R. ex plu=
ribus clauibus unam. Deiparæ Virginis popularis, ac Sctæ
Mariæ in Porticu venerabilium imaginum, cuius indignus
sum Canonicus, alteram Sodales S. Jacobi in Augusta;
alteram Consolationis claues habent. Pedes Apostolici
conculcauerunt ciuitatem sublimem Romam Isaiæ ora=
culo, retroactis enim sæculis ut inquit diuus Bernardus
ad Eugenium Tertium lib. considerationum de falso Roma=
norum dicit, quod superioribus sunt inobedientes. In
capsula 66. fasciculo 189. ut in Indice scripturarum Archi=
ui Sancti Petri fol. 309. extat publicum Instrumentum,
& in eo nominantur Roffredus Joannis Cinthij Roffredi
Crescentius Leonis Joannis Judicis, & Angelus Bobacia=
nus boni uiri reformatores Reipublicæ Romanorum
&c. & fasciculo 23. capsula 73. habetur licentia
extrahendi sal, in qua Nicolaus Rentij se ita scribit.
Candidatus spiritus sancti miles Nicolaus seuerus
&

& clemens, liberator Urbis, Zelator Italiæ, amator
Urbis, & Tribunus Augustus. Opinati sunt nonnulli
Nicolai Rentij, & Castalli Metallini libros esse in multis
nouis additis commentis ab Alphonso Ciccarello, qui acuto ad
malum ingenio in adulterandis, et de repente in lucem eden=
dis falsis litteris Apostolicis, Instrumentis memorijs antiquis,
caracteres imitando, obsoleto dicendi stylo, chartam perga=
menam certis adhibitis succis antiquam repræsentando mor=
tem sibi obtruncatione capitis in Area Pontis Hadriani
iure ac merito sub Gregorio XIII. comparauit. In hospi=
tale Sancti Spiritus in Saxia inter alias inscriptiones à
Platina ut arbitror, compositas ista legitur. Regulares
uiros Innocentius Tertius instituit, qui hospitalis huius
regimini præficerentur, quibus Xpi Domini Vultus Su=
darium asseruandum committit; Crucis propterea dupli=
cis habitum eis præfigit; Ut autem expositorum infan=
tium saluti, eorumq. educationi impensissime incum=
berent præcepit. Hæc inscriptio quoad Sudarium ve=
ritati repugnat ex uita ipsius Innocentij, & ex bulla
ipsius folio 31. et 42. Sed ridiculum est quod scri=
bit Camillus Fanuccius senensis in operibus pijs almæ Urbis,
dum agit de dicto hospitali ita inquit. Il detto Volto
Santo credevo che sia, perche fù conservato un tempo
nella Chiesa del medemo Spedale, & Pio secondo lo
transferì in San Pietro Vaticano, dando in ricompensa
alla Chiesa di detto Hospitale il braccio del gloriosiss.°
Santo Andrea Apostolo. Hæc quantum à vero se elon=
gent tam uicini sæculi series enucleate manife=
stat.

Exemplum capsae in Templo Pantheon, cuius supra mentio.

De capsa Sanctissimi Sudarij in Ecclesia S. Eligij fabrorum iuxta Velabrum.

IN ecc.ª S. Eligij Episcopi universitatis fabrorum iuxta Velabrum conservatur vetustiss.ª & antiquiss.ª capsa lignea colore rubro, ut videtur, superinducta licet decolorata, longa palmis iiij alta palmo uno unc. 1; lata palmo uno cū 4°; in cuius facie extat imago Sanctae Veronicae cū literis in gyro. Salve Sancta facies nostri Redemptoris pro nobis sputis & alapis caesa. Nempe Sancta Veronica cum Sudario, proxime à lateribus binas habet seras, hincinde in extremitate Sanctus Eligius cum pastorali baculo in rota aurea, capsa clavis ornatur sparsis ad subiectum exemplum

Imago Sancti Eligij antiquissima est, Sanctae autē Veronicae recentior.
In pede arcellam sustinente hae literae leguntur in auratae. Rubrae additae sunt à me ex sensu in=
sui=

inscriptionis videlicet

IN. ISTA. CAPSA. FVIT. PORTATVM. SVDARIVM. PASSIONIS. D. N. I. X. A. IHEROSOLYMIS. TIBERIO. AVGVSTO.

II. De primicerio, secundicerio, et Praefecto Vrbis brevis declaratio.

Benedictus Canonicus Sancti Petri dicas in memorata processione fol. 123. nominat dignitates Primicerij & Praefecti Vrbis. Primicerius, ut sentio, Cardinalis non erat, sed erat in Aula Romana in magno munere; Ex Anastasio in vita Zachariae papae fol. 112. Hic in Lateranensi Patriarchio ante Basilicam Beatae memoriae Theodori papae à novo fecit Triclinium. Et infra. Vbi omnem substantiam suam per manus Ambrosij Primicerij notariorum introduci mandavit. Ex eodem in vita Stephani 2i. Habetur quod idem Ambrosius in Franciam profectus est cum Papa Stephano, Georgio Epo Ostiense, Vuilario Epo Numentano, Leone, Philippo Georgio, & Steph.o ptris, Theophylacto Archidiac.o, Pardo & Gemmulo Diaconis, Ambrosio pto Primicerio, Bonifacio secundicerio, Leone & Christophoro Regionarijs et ceteris alijs. Huius Ambrosij Primicerij epitaphium olim sepulti in Basilica sci Petri sacello SS. Processi & Martiniani perijt sub Clemente Octavo in novo Templi Vaticani pavimento sternendo conversum non sine mei displicentia tabula magna marmorea incisum literis maiusculis Romanis ut

✠ Hunc tumulum conspicite cuncti Ambrosij Primicerij notariorum Celeriae; iam funus est hoc tumulatus solo. Benignus semper existens; in moribus aptus; in creditam sibi rem fidelissimus dispensator; consiliator existens Pontifici qui tunc in tempore erat; quae sunt saluti monita prosuebat. Ex hac Vrbe processit suo secutus pastore in Roma salvanda; utrisq. petebant Regno tendentes Francorum; sancta perveniens loca Beati Mauricij Aulae secus fluvij Rhodani litus ubi vita noviliter doctus finivit mens. Dec. Indict. VII. tempore D. N. Stephani papae. Suboles audiunt, intrinsecus gemunt de tali tantoq. doctore privati, simulque sodales de tali funere lugent, rivulos lacrymarum fundunt cum caterva sequipedum pietatem noscentes tanti Magistri; conspicientes tumulum domestici domus saepius suspirant facta bona tanti viri noscentes. O dira mors disiunxit qui nullum reservat honore, qui longa expectabat via detenuit in hora post sex curriculis annis remotus de exilio ad propria corpus redivit humandum. Quem sui amatores filij cum magno reduxerunt honore, pristinaq. Patriae reddiderunt. En placuisti Deo Ambrosie alme, ut in gremio sanctae Ecclesiae Matris reverтens affamilis esses. Ianitori Caeli commendo tua membra iam redacta favillis, quae resurrectura in fine mundi F. credo. Hic requiescit in Pace Ambrosius Sanctae Romanae Ecclesiae Primicerius, qui vixit annos plus minus sexaginta, qui positus est mense Septembrio, Indictione tertia decima, Tempore ter beatis D. N. PAVLI PAPAE.

Primicerius fungebatur munere Vicecancellarij, ut de Tiberio Primicerio Leonis Quarti super quadam Donatione in cortice arborum in Vaticana Bibliotheca scripta Pa= das

Pridiy Kalendas Septembris per manu Tiberij Primice-
rij Sanctae Sedis Apostolicae Imp. dn. nro piis. perpetuo Augusto
Hlothario à deo coronato magno Imperatore anno [illegible]
et P. C. eius anno xxxiiij, [illegible] Ludovico novo Imp.
eius filio anno [illegible] Plumbum

LEONIS PAPAE

Ex Benedicto Canonico Sancti Petri. Primicerius in laudi-
bus quae fiebant Pontifici dicebat Jube dne benedicere, Pon-
tifex benedicebat eum & Primicerius defensorum & Se-
cundicerius suscipiebant Pontificem per manus et ducebant
usque in cameram &c. Duo erant ex Benedicto Primicerij,
Primicerius Judicum, Primicerius cantorum, et secun-
dicerius cantorum. Ex dicto Benedicto. Dato Presbyteri in-
trant ad mensam praeparatam Epi & Cardinales sedent in
dextera parte, Archidiaconus & Primicerius, et Prior Ba-
silicarius et Prior Regionarius in sinistra parte. In die sco
Paschae, Pontifex acceptis laudibus à Cardinalibus & Judicibus
sicut in alijs coronationibus suscipitur à Primicerio & Se-
cundicerio Judicum descendens de equo. In Archivio S.
Petri extat bulla Coelestini tertij directa Joanni Primicerio
Rectori Eccl. S. Mariae domnae Rosae, & Sancti Laurentij
quae positae sunt in castello aureo. Quod castellum
erat Circus Flaminius eo tempore adhuc existens, nunc
nullum habet vestigium; sancta Catharina puellarum
miserabilium erat sancta Maria domnae rosae, sancti
Laurentij Eccl. fuit diruta pro monasterio fabricando.
sub Dat. Laterani 1192. cum subscript. pp. & Cardinalium
Haec bulla declarat Ecclesiam S. Angeli in summo Cir-
co idest in capite Circi Flaminij esse quam nunc
dicimus S. Angeli in Foro Piscium à Bonifacio pp. aedi-
ficatam. R. Secundicerius etiam fungebatur officio Vice-
can-

Vicecancellarij, ut in bulla Leonis IIII. confirmatoria Cano-
nicorum Basilicae S. Petri in d.° Archivio scripta per manu Theo-
dori notarij Regionarij & scriniarij S. R. E. sub Dat. 3.°
Idus Augusti per manum Theophili secundicer-
rij Sanctae Sedis Apostolicae, anno xxxviii Lotharij Imperan-
tis Indictione 2.a In quo concedit & confirmat Canonicis
S. Petri Ecclesiam S. Michaelis schola Frisonum, Sancti Sal-
vatoris, & Sancti Zenonis in civitate nova Leonia-
na; fundum Faiolae, fundos Casanilli, Casafinale
Circumelli foris portam B. Petri via claudia, Fun-
dum Clevandis cum Eccl.a S. Agathe, Casam Lavo-
riam, fundum Attaliani via Aurelia, fun-
dum Buccege, cum Eccl. ss. Marij & Marthe, et
alios fundos & Ecclesias in dicto privilegio latius ex-
pressos. Fundum Buccege hodie possidetur à pu-
blicorum praedium in brevi 750 annui redditus $\frac{m}{4}$
R. Praefectus Urbis civilem iustitiam exerce-
bat, et notarij ac Judices ab eo dependebant, ut vide-
re est in libro de gestis Friderici Imp. lib. 1. fol. 248
apud Ottonem Frisingensem, Vivus enim comburitur
Arnaldus Brixianus haeresiarca iubente Praefecto
Urbis Petro, adactus palo & cineres in Tiberim proij-
ciuntur, ne à stolida plebe venerationi haberentur
Multa de Urbis praefecto in d.° caeremoniale Benedicti
Canonici Sancti Petri. In familia dnorum de Vico per mul-
tos ac multos annos Urbis Praefectura fuit, Urbano 4.°
valde infensi ob malignitates, rebellionesque illorum,
à quo Pontifice anathemate notati, & sententia con-
tra eos lata tamquam occisores Guiscardi de
Petra sancta Mediolanensis Rectoris Patrimonij,
quem sub sigillo pacis crudeliter occiderunt, primo
fustibus, deinde gladijs, postea exenterato post ter-
gum corpore, ac lingua retro collum miserabiliter
avul-

Eccl.a S. Agathe est prae dicto Buccege ubi erat Eccl.a ss. Processi & Martiniani, cuius meminit S. Gregorius pp.

Eccl. S. Michaelis extat hodie in burgo S. Spus. S. Salvatoris extat inclusa palatio S. Officij. S. Zenonis demolita ob fabricam S. officij.

[illegible] immediata servitia percipiunt, ut refe-
rt agit Magister Marinus de Ebolo S. R. E. Vicecancel-
lar. sub Innocentio IIII. et sequentibus Pontificibus in Biblio-
theca Vaticana manuscripto. De Praefecto in caeremo-
niale Gregorij X. habetur fol. 8. Dom.ª Quod debet
Praefectus Urbis adextrare papam &c. tenendo
frenum equi pedes usque ad locum in quo Papa
descendit &c. Ex dicto Caeremoniale fol. 18. notandum
quod nobiliores laici etiam si Reges essent conveniu-
nt adextrare papam equitantem, & partiuntur
loca inter se vicissim secundum quod voluerint &
ordinatum fuerit, ut primis adextrantibus dimitten-
tibus alij bini succedunt.

Ordo processionis ante introitum Missae
Summi Pontificis tempore Gregorij X. et
praedecessorum eius; Ex Caeremoniale manu-
scripto Bibliothecae Vatic.ae, cuius supra mentio
folio 20. a Secretario ad Altare S. Petri.

In hoc libro fol. 24. dixi Qualiter Summus Pontifex
in pompa processionis circumeundo veterem S. Petri
Basilicam adolebat incenso quaedam altaria, inter
quae erat altare sanctissimi Sudarij, nunc ordinem
processionis in caeremoniale Gregorij X. descripti
ad venerandae antiquitatis memoriam subijcere placuit.

Ordo processionis ante introitum missae

Primo procedet Subdiaconus cum Cruce indutus
tunicella.

Post eum sequentur Abbates, Episcopi, Archiepiscopi
induti pluvialibus & mitris simplicibus.

Postmodum sequentur Presbyteri Cardinales planetis
induti cum mitris simplicibus.

Deinde Episcopi Cardinales induti pluvialibus cum
mitris simplicibus et quilibet ordine suo.

Post=

Postmodum sequentur duo Acolyti cum ferarij [illegible]
alter cum navicella, thuribulo, & incenso induti su-
perpellicijs.

Post dictos Acolytos ordinabuntur septem Subdia-
coni cum tunicellis portantes septem candelabra.

Subdiaconus latinus.
In medio dictorum septem erit Subdiaconus qui
dicturus est Epistolam portans librum Evangeliorum
ante pectus.

Subdiaconus Graecus
Iuxta dictum Subdiaconum ibit unus alius Subdia=
conus, qui dicturus est Epistolam Graecam.

Post dictos Subdiaconos subsequetur Diaconus,
qui lecturus est Evangeliu in graeco.

Subsequenter incedent Diaconi Cardinales ordine
suo induti dalmaticis, inter quos est ille Cardinalis
qui dicturus est Evangelium ultimus.

Deinde duo Diaconi Cardinales unus à dextris,
et alius à sinistris ducent dnum papam extensa
mappa super caput eius, ut mos est.

Subdiac.s erat indutus tunicella ex d.o cerem.
Ultimo subsequetur Diaconus, qui serviet de Mi-
tra cum Tobalea.

Cencius Camerarius S. R. E. demo Sabella postea
Honorius papa Tertius, in libro Censuum Camerae Ap.cae
in Archivio Pontificio Vaticano fol. . . in capite
de Mappulariis & cubiculariis hoc inquit.
Ipsi praeterea quando dns papa vadit à Secre=
tario ad Altare facientes coelum de quadam
mappa super caput domini ipsius portant eam
sic, duo ab anteriori parte, duoq. ab posteriori
ligatam in summitate quatuor baculorum, et
extensam usque ad altare.
Ita ut scribit Cencius cernitur hodie supra osti=
um antiqui Secretarij à Joanne XIJ expoliti
sub

sub vocabulo Sancti Thomae Apostoli, introeuntibus ad laevam Sacrosanctae Lateranensis Ecclesiae, ut sequentes paginae etiam in picturis fideliter ostendunt.

Pictura offuscata et decrepita supra ostium Secretarij sub noīe S. Thomae Apli in Sacrosca Lateranensi Ecca. sinistra statim ingressus maioris portae, à Joanne XII ut scribit Panuinius facti, lib. de VII. Ecclesijs.

Hic demostratur quomodo Cardinales Diaconi inducebant Summum Pontificem sacris uestibus imponentes ei casulam siue planetam.

Pontificem ibi depictum arbitror fuisse Joan=

Joannem xij, habet barbam rotundam crispam, qui secretarium consinxerat, seu potius vestiuerunt.

Haec [illegible]

Lateranensis Secretarij ostendit Papam sub mappula quatuor baculis innixa à mappularijs delata à secretario ipso, ubi accipiebat uestimenta, procedentem ad altare in pompa processionis.

Anno MDCXVIII. vetroscriptas imagines supra ostium Secretarij Lateranensis depictas studio ac diligentia detumendas curaui; ita enim et uetustate et puluere corrosas, ut uix cernerentur. In hoc opere sunt posite, non propter sanctissimum Sudarium cum ad illud minime spectent, sed propter processiones praefactas in occasione capitum Regionum Vrbis allegatas, excludendo ipsos nullo unquam tempore, nulla hominum memoria, nullisq scripturarum monumentis tenuisse claues tanti & tam eminenti Thesauri Vrbis Romae ut inquit Clemens Quartus fol. 36. Sanctissimi Vultus Saluatoris nostri Dei et domini Nostri Jesu Christi in Veronicae uelo diuinitus impressi; sed solus Romanus Summus Pontifex, & Canonici Vaticanae Basilicae, in qua ex dispositione diuina per tot saecula et annorum curricula in hoc libro fideliter accurateq notata Sacrosanctum ipsum Sudarium grandi honore et reuerentia colitur et adoratur.

De sacrosancti Vultus Dominici in Sudario Veronicae diuinitus impressi ab Jerosolymis in

in Vrbem aduentu, et qualiter ipsa imago Romanae arcis gloriosum uexillum à B. Veronica Sancto Clementi papae relicta fuerit, quae post pacem Ecc.ae redditam in Vaticana Basilica ex probabili ratione à Sancto Siluestro papa sit collocata; demum ex ueris & autenticis scriptis spatio nouem saeculorum et lustrorum trium in eadem Basilica semper manserit, satis iam dictum est in pnti opere. Accipe Christe Saluator Mundi hunc tenuem & inculti laborem meum; Omnipotentiam Tuam manibus & facie ad terram expansis humiliter obsecro ut super me peccatorem miserrimum misericordiam tuam multiplicare digneris quatenus te rectore, te duce, sic transire possim per bona temporalia, ut non amittam aeterna.

Laus Deo Optimo Maximo
& Beatissimae eius Genetrici
semper Virgini Mariae.

Romae in regione Campi Martis parochiae S. Mariae de Populo. die Veneris XVII. Julij MDCXX.
Paulo quinto Pont. Max. anno XVI.
Feliciter.

Deus propitius esto mihi peccatori
Jacobo Grimaldo huius libri auctori.

Appendix inscribenda folio 82. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

¶ Ex [illegible] antiquo [illegible]
[illegible] Archivio [illegible]
[illegible] Ponti[illegible]
[illegible]
[illegible]

Permittebat enim idem benignissimus Pontifex pau=
perculos pueros ante mensam suam post finem refe=
ctionis venire ipsius, & de ijs quę coram eo reman=
serant victualia exhiberi. Sabbathis quoq; faciebat
mandatum lavans ac tergens & osculans pedes duo=
decim pauperum, & singulis duodecim nummos
impendens, faciens refectionem omnibus ministra=
ri. Fecit etiam proprijs sumptibus ad opus infirmorũ
et pauperum hospitale sancti Spiritus apud Sanctam
Mariam in Saxia in strata publica iuxta Tiberim ante
Basilicam Sancti Petri, quod quantum ditaverit et dota=
verit ædificijs, possessionibus, redditibus, thesauris, orna=
mentis, libris & privilegijs per se satis apparet. Et ut
religionis cultus et hospitalitatis gratia quę nunc viget
ibidem semper abundaret instituit apud hospitale
prædictum Stationem solemnem Dominica prima
post Octavam Epiphaniæ, in qua populus illuc con=
fluit Christianus ad videndum et venerandum
Sudarium Salvatoris quod cum hymnis et canticis,
psalmis & facculis à Basilica Sancti Petri ad locum
illum processionaliter deportatur, & ad audiendum
& intelligendum Sermonem exhortatorium, quę
ibi

ibi facere debet Romanus Pontifex de operibus pie=
tatis, & ad promerendam et obtinendam Indulgen=
tiam peccatorum, quam exercentibus se ad opera
misericordiæ pollicetur; ad quę ut alios non solũ
verbo provocet, sed exemplis; egenis omnibus ad illas
spirituales nuptias convenientibus panes, carnes,
et denarios constituit elargiri, quarum omnium
rationem idem prudentissimus Præsul exposuit
in Omelia quam super illius diei Evangeliũ exa=
ravit.

¶ Appendix fol. 73. scribenda.

Anno Dñi MDXXXV.

Ex bulla erectionis & institutionis confrater=
nitatis seu societatis sub invocatione Principis
Apostolorum de Urbe per felicis recordationis
Paulum Papam Tertium in favorem fabricæ
Basilicæ ipsius Apostolorum Principis erectæ &
institutæ; multimodisq; gratijs & privilegijs de=
coratæ quæ habetur impressa inter bullas
ipsius Fabricæ, & incipit. Si cunctarũ toto orbe
terrarum sitarum Ecclesiarum etc. In narra=
tiva habetur hoc elogium de Lancea & S.mo
Sudario his verbis. Et in ipsa [scilicet Sancti
Petri Basilica] Dominicæ passionis rara &
præclara memorialia Ferrum Lanceæ quod
sacratissimum præfati Salvatoris Nostri latus
aperuit, & Sanctissimum Sudarium, quod
nobis suæ passionis asperitatem repræsen=
tat, conservantur. Proinde nos etc. Datũ
Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarna=
tionis dñicæ MDXXXV. sexto Idus Au=
gu=

T.

DE LANCEA QVA SALVATORIS NOSTRI IESV CHRISTI LATVS IN CRVCE APERTVM FVIT.

IOANNES Burchardus Argentinus Magister cæremoniarum Capellæ Pontificiæ Innocentij Papæ octaui, qui postmodum sub Julio secundo obijt Episcopus Ortanus in suo libro Diariorum penes Illustrissimum & Reuerendissimum dnum Scipionem Cobellutium Cardinalem Sanctæ Susannæ; notat solemnissimam processionem habitam die xxxj Maij festo Ascēsionis Dominicæ Anno Domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo secundo eiusdem summi Pontificis anno octauo, receptionis sacrosancti ferri lanceæ, qua latus Saluatoris Nostri in Cruce effossum est. Et quoniam non desunt scriptores, qui de lancea sanctissima tractauerunt, nouissime Jacobus Bosius uir doctus & pius in libris, quos de Triumphanti Cruce eleganter atq. erudite con=

conscripsit, ac diffuse satis in Catholicæ fidei gratiam explicauit, ut de preciosissimo uiuificæ Crucis ligno benemeritus sit discipulus; referre mihi solummodo uisum est præfatam Processionem, & alia quædam à Diarijs Pontificiæ Cappellæ, probatisq auctoribus accepta, ac uerba marmori incisa in altare eiusdem Innocentiani sacelli.

Quæ de solemni ingressu Cassum Begh oratoris Baisethi Magni Turcæ in Urbem XXIX. Maij anno MCCCCXCII. post Vesperas in eodem Diario dicuntur, consulto omittuntur, qui ferrum Lanceæ Byzantio detulit ad Innocentium Octauũ sui Principis nomine ut infra dicetur, à proceribus Romanis et Cardinaliũ familijs à Porta Flaminia per uiã latam ductus domum Maximorum, Campum Floræ, et recta ad Forum Vaticanum, medius equitauit inter Comitem Pitiliani Capitaneum Ecclesiæ Romanæ à dextris, & Franciscum Cybò à sinistris, splendide receptus in Aedibus Cassionum tunc Episcopi Ceruiensis in Parochia S. Petri iuxta Portam Torrionum.

De Congregatione aliquorum Cardinalium super receptione Lanceæ [illegible].

Feria sexta, quarta mensis Maij 1492. in Camera Papagalli Palatij Apostolici apud Sanctum Petrum Papa absente ab illa camera, erat tamen in eodem Palatio congregati fuerunt RR.mi dñi Vicecancellarius, [1] Sancti Petri ad Vincula, [2] Vlixbonensis, [3] Beneuentanus, [4] Aleriensis, [5] Sanctæ Anastasiæ, [6] Senensis, [7] & de Vrsinis [8] Cardinales, qui tamen in fine Congregationis primus uenit, ad deliberandum quibus cæremonijs & ordine ferrum Lanceæ Xpi quo latus Saluatoris Nostri Jesu Xpi in Cruce pendentis apertum fuisse dicitur, quod ferrum magnus Turca per Ora-

1 Rodericus Borgia Vicecancellarius postea Alexander PP. VI.
2 Julianus de Ruuere S. Petri ad uincula postea Julius 2.
3 Georgius Cardinalis Portug.
4 [illegible] Card. Beneu.
5 Ardicin. de la porta Card. Aleriens.
6 [illegible] Zeno S.ctæ Anastasiæ.
7 Franc. Piccolomineus Card. Senen. postea Pius PP. III.
8 Bapta Vrsin.

V

oratorem suũ, qui nuper Anconam propterea uenit Sanctissimo Domino Nostro Papæ mittit, & S.mo D. N. referendum. In qua congregatione uaria circa hanc rem fuerunt dicta & introducta. Nam quibusdam sentientibus cum omni solemnitate & ueneratione, ac eo ordine quo caput Sancti Andreæ Apostoli à fel. rec. Pio papa secundo receptũ fuerat, et maiori si fieri posset, recipi debere. & cetera quæ sequuntur.

Innocentius VIII ordinauit ferrum lanceæ solemniter recipiendum.

Anno MCCCCXCII. eadem feria sexta quarta Maij Innocentius Papa Octauus uoluit & ordinauit ferrũ hoc solemniter recipi debere; deputauit propterea Nicolaum Ronciardum Archiepiscopum Arelatensem & L. H. Episcopum Fulginatensem Prælatos suos domesticos, qui Anconam irent, & ibidem ferrum ipsum reciperent è manibus Oratoris Magni Turci, & inde cum processionibus in singulis ciuitatibus et terris per uiam existentibus faciendis Romam conducerent, et ad id commodius faciendum datum fuit eis quoddam tabernaculum chrystallinum ex sacristia papæ, & equus cum capsa cooperta, & alijs ornamentis quibus Sacramentum Papa Pontificaliter equitante deferri solet, & lanterna pro lumine continuo ante ipsum portando, et hac de causa recesserunt ab Urbe Anconam die Lunæ vij Maij [illegible], & cum eo dñs Aldellus de Piccolominibus Canonicus Senensis Decretorum doctor in officio cæremoniarum collega meus Processiones in locis conuenientibus ordinaturus, & cæremonias debitas circa præmissa dicturus.

Lucas Cybò Epũs Fulginat. ordinis seruorum Innoc. VIII. confessor [illegible] Ecclesiæ Fulginatensi annos XXXX [illegible]

[illegible] magnum [illegible]

¶ Innocentius Octavus [illegible] Cardinales [illegible] [illegible] [illegible]

Feria tertia XXIJ dicti mensis Maij idem Summus Pontifex Legatos de latere creauit R.mos Cardinales Sancti Petri ad Vincula, qui postea Julius secundus dictus est, & Georgium [illegible] Portugalensem, qui uixit annos centum et duos, ut uidere est in Aede S. Mariae de Populo, ut reliquias ferri Lanceae Domini Narniam usque obuiam irent. Verba Broccardi haec sunt: Feria 3.a 22. dicti mensis Maij S.mus D. N. in camera sua secreta commisit R.R.mis dñis Cardinalibus S. Petri ad Vincula, & Portugalensi ut Reliquiis ferri lanceae Domini usque ad ciuitatem Narniensem obuiam irent, & ob effectum p̃tum, hac causa eos Legatos de latere constituit & creauit. Qui R.mi dñi ut obedientiae filij ob causam huiusmodi ex Urbe die Jouis XXIIII eiusdem mensis recesserunt.

¶ Processio solemnissima anno Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo secundo die Jouis XXXI mensis maij in Ascensione Domini [illegible] in qua Innocentius VIII Pont. Max. [illegible] a Porta Flaminia [illegible] Principis Apostolorum [illegible]

Feria quinta XXXI. Maij festo Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi bono mane, Innocentius octauus indutus Amictu, alba, cingulo, & Stola preciosa alba, supra Capuccinum album, prece-

de-

precedente Cruce & Cardinalibus uenit ad Ecclesiam Beatae Mariae de Populo. Facta in dicta Ecclesia oratione ante altare, extractoque sibi capuccino, retenta Stola accepit desuper Pluuiale preciosum & mitram preciosam. Interim ibidem omnes Cardinales et Praelati intra & extra Ecclesiam acceperunt paramenta sibi conuenientia, officiales superpellicea. Tum Sanctissimus processionaliter uenit [illegible] sine baldachino propter maximam processionem populi, praecedentibus Officialibus, Cruce, Praelatis, et Cardinalibus, ac alijs more solito extra portam de populo seu Flaminiam ad passus circiter XXX. ubi stabant R.R.mi Cardinales Sancti Petri ad Vincula, & Ulixbonensis in suis paramentis cum eorum familijs & pluribus intortitijs ardentibus. Appropinquante Papa ijdem Cardinales ferrum in Tabernaculo chrystallino quod suis manibus tenebant, eidem Summo Pontifici sub quibusdam breuibus uerbis ad hoc conuenienter compositis obtulerunt, & Sanctissimus Pontifex deposita Mitra etiam breuibus uerbis respondit, et accepit Tabernaculum cum ferro, & illud osculatus est reuerenter. Imposita est Papae Mitra, & Processio per Reuerendissimum dñum Camerarium ordinata, ad quam Papa non imposuit incensum neque in Ecclesia de populo, neque extra portam propter tumultum Cleri Urbis cum Societatibus siue Confratrijs Saluatoris, Annunciatae, Confalonis, et pluribus alijs hinc inde; per dictam Ecclesiam erat in tanta confusione quod plusquam per horam processionem retardauit, antequam posset per R.mum Camerarium ordinari. Nam Societates uolebant sequi Clerum, & etiam [illegible] inter se

hu-

super precedentia contendebant. Tandem R.mo
D.no Cardinale ipsi quod recederent, vel procederent
sub poena mandance procederent, & secuti sunt
nostri ordine infrascripto.

Omnes isti officiales cum accensis intorticijs

CLERUS Urbis suo ordine.
Collectores plumbi.
Sollicitatores litterarum Apostolicarum
Notarij Auditoris Camerae
Notarij Auditorum Rotae
Procuratores Poenitentiariae.
Procuratores Contradictarum.
Abbreviatores de p.ᵒ visione & parco minori
Scriptores Poenitentiariae
Scriptores Apostolici.
Magistri utriusque Registri.
Abbreviatores de Parco maiori
Bullatores.
Magistri Plumbi.
Procuratores Ordinum
Procuratores Principum
Secretarij & Advocati.
Cubicularij extra Cameram.
Oratores Principum & Laici & Barones
Cantores Papae.
Accolyti
Clerici Camerae.
Auditores Rotae, deinde Accolyti cum candelabris & thuribulo.
Subdiacon. cum Cruce & socijs
Poenitentiarij
Abbates
Episcopi
Archiepi.
Omnes prelati assistentes Papae parati.

parati

Dia=

Diaconi Cardinales non assistentes medius inter digniores Princeps Capuae
Inde Presbyteri Cardinales
Postea Episcopi Cardinales
Duo Diaconi Papae assistentes
Scutiferi Papae cum intorticijs.
Duo Accolyti cum candelabris
Duo Accolyti cum thuribulis.
Papa sub baldachino.
Auditor de Rota serviens.
Protonotarij assistentes.
Prelati non parati.
Alij Protonotarij
Generales ordinum
Togati alij.
Baldachinum portavit Barones & nobiles qui cum Principe Capuae Romam venerat una cum alijs Romanis nobilibus etc. ut fusius in dicto Diario.
Omnis via usque ad Basilicam S. Petri bene mundata pannis ornata, & candida tela ad Solem arcendum cooperta, praesertim ante domum Jacobi Sclafenati Mediolanensis Cardinalis Parmensis, necnon et Familiae Caetanorum apud Aedem S. Mariae in Posterula. Ab Aede autem Sanctae Mariae Transpontinae site, olim ad fossas Castri Sancti Angeli demolitae sub Sixto V. Pont. Max. usque ad eandem Basilicam Cardinales omnes pro rata virtus singulis contingente, ut fit in festo corporis Christi nobilissimis aulaeis Aratijs certatim ornarunt viam Sanctam appellatam quam hodie Burgum veterem vocamus; nam illa quae hodie praestantior est Burgus novus olim Alexandrina appella=

Ferdinandus de Aragonia Princeps Capuae medius inter digniores Diaconos Cardinales paratos.

appellata nondum erat via, postmodum ab Alexandro sexto aperta, domibus & viridarijs demolitis. Joannes Burchardus Magister cerimoniarum noscens Summum Pontificem Innocentium longo itinere grauatum, fessum, ac debilem esse, non longe ab Area Sancti Jacobi Scossacavalli dixit Sanctitati Suae commodius futurum si recta via benedictionis publicae locum ascenderet populo ibidem solemniter benedicturus, & inde ad quietem & spiritum resumendum in cubiculum se reciperet. Volebat enim Sanctissimus Pontifex Missam canere solemnem, sed animo eius pijssimo corporis vires defecerunt. Erat enim pinguis & statura procerus, & via satis longa, quam totam libenter & voluntarie licet laboriose pedibus gressus est, sacrumque ferrum intra vas chrystallinum in qua hodie cernitur, quod non parui est ponderis, sacratissimae Lanceae, qua Saluatoris Nostri latus patuit, proprijs manibus maxima devotione & lachrymis gestans. Hoc placuit Sanctitati suae, & dimissa processione sub portice Basilicae memoratae, Praelati & Cardinales parati post Crucem Pontificalem locum praefatum Menianum ad benedictiones exaedificatum pro foribus supra gradus Basilicae ascenderunt; ibique Pontifex populo innumerabili suppliciter astanti solemniter manu sua more solito benedixit. Roderico Borgia Vicecancellario Cardinale Portuense, qui postea Alexander Sextus dictus est Tabernaculum cum ferro lanceae interim apud Pontificem Maximum tenente, & plenarias Indulgentias ibidem praesentibus & in Eccl.a existentibus, qui processioni non interfuerat

interfuerat dedit; quas RR.mi dni Camerarius Latinus, & de Columna Cardinales vulgariter publicarunt. Deinde Pontifex cum Tabernaculo ferroque Lanceae signum crucis super populum produxit. Accessit postea ad Pontificem Cassium Begh Orator Magni Turci, per quem Turcus ipse ferrum ipsum miserat, & Sanctitati suae quasdam litteras praesentauit &c. ut in dicto Diario. Et infra; Summus Pontifex Innocentius secessit deinde in arcana cubicula Apostolici Vaticani palatij ad corporis quietem sumendam, & Cardinales ac Praelati omnes descenderunt in Basilicam, ubi Dominicus de Ruuere Cardinalis Sancti Clementis supra Altare Beati Petri Missam cantauit solemnem Sacro Cardinalium & episcoporum collegio cum tota Curia astante; omniaque more solito obseruata fuerunt.

Hoc notat Joannes Burchardus.

Ferrum hoc sacrosanctum a Baysethe Turcarum Tyranno ad Innocentium viij. pro magno munere missum fuit, quo gratiorem Pontificem Maximum redderet erga fratrem suum, quem Romae captiuum detinebat, rem totam qui scire cupit legat Bosium supra citatum, cuius verba infra apponentur loco suo:

Lancea defertur a Papa in suum cubiculum.

Summus igitur Pontifex Innocentius data populo benedictione solemni, ut dictum est, humanis viribus destitutus fessus ac debilis ad quietem sumendam in Aedes Pontificias se recepit, & ferrum Lanceae secum detulit apud se interim seruaturus, donec Sacellum in eadem Vaticana Basilica cum Ciborio

[illegible]

ad

ad id continendum magnifico sumptu ædificaret. Verumtamen vix elapso mense in gravem incidens morbum ad æternam migravit requiem; dumque in limine mortis esset accito ad se Laurentio Cardinali Beneventano nepoti ferrum ipsum in eadem Basilica perpetuo servandum reliquit, sacellumque præfatum ex suprema sui voluntate faciendum mandavit.

¶ Ex cubiculo Innocentij Octavi moribundi Pontificis decem dies ante eius obitum Lanceæ ferrum defertur in Basilicam S. Petri à sacro Cardinalium Collegio anno 1492. XVI. Julij.

Antequam Innocentius Octavus in Vaticanis Ædibus efflaret animam, ut notat liber Diariorum Magistri Ceremoniarum Cappellæ Pontificiæ, cuius verba relata sunt à Jacobo Bosio in libro de Cruce, et infra loco suo scribentur; Collegium Reverendissimorum dnorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium ferrum Lanceæ vase chrystallino clausum in Pontificis arcano cubiculo asservatum venerabiliter & devote in Vaticanam Basilicam detulit, atque in Ciborio Sanctissimi Vultus Salvatoris Nostri in Veronicæ velo impressi reposuit, ut notat etiam Demetrius Guasellus Lucensis Beneficiatus sancti Petri libro Instrumentorum fol. 417. ut infra dicetur fol.

¶ Anno MCCCCXCIII. post obitum Innocentij Octavi Laurentius Cibo Cardinalis eius nepos Sacellum extruit & dotavit.

Piam igitur Sanctissimi Innocentij Octavi Summi Pontificis voluntatem Laurentius Cardinalis Beneventanus eius nepos diligenter executus sa=

sacellum Dei Genitrici Mariæ Virgini sumptuose construxit. Quatuor Sacerdotes qui sexagies Missarum sacrum quolibet anni mense ibi peragerent optimis prædijs ac domibus attributis, in quibus emendis ducatos quatuor mille nongentos quadraginta quinque liberaliter absumpsit; perpetuo instituit. Iuris dictioni Archipresbyteri eius Basilicæ subiectos esse voluit, habitu Beneficiariorum & loco post ipsos immediate in Choro exornavit. Obsequio divinorum Dominicis & festis adegit. Personalem residentiam instar distributionum quotidianarum imposuit. Horum ius conferendi ad Cardinales Sancti Marci, & Sanctæ Praxedis, quibus ab Aula Romana recedentibus ad Cardinalem Sanctæ Cæciliæ pertinere voluit. Sacram suppellectilem pro divino cultu donavit; poenas diversas inflixit, aliaq. edidit & promulgavit, ut videre est in Archivio Basilicæ præd. atq. in regestis in camera Ap. libro primo rubricellarum Alexandri VI. lib. 57. fol. 29 sub hac rubrica Urbis Erectio Cappellæ Innocentij papæ octavi in Basilica sancti petri cum supplicationibus & alijs privilegijs sub Dat. XVI. Kal. Novembris Anno 1499. Pontificatus eiusdem Alexandri papæ Sexti anno octavo. ¶ Sepulcrum totum ex ære aliquibus in locis mira varietate inauratum, Innocentij statuam ad vivum cum thiara et pluviali sedentem habens, lanceæ ferrum laeva tenentem, dextera benedicentem Antonij Polaioli Florentini clari artificis opera fabrefactum Maximo Antistiti ponendum curavit. Urnam similem sive arcam sepulcralem cum Innocentij simulacro ad staturam hominis efficto iacentis mitra aurea infulis decorati tectam pari magnificentia superne adiecit; ibiq. corpus ipsius Innocentij VIII. Pontificis collocatum fuit, quod die 5. Septembris 1606

dum

ab eodem Summo Pontifice sacra purpura decoratus, titulo sanctae Caeciliae, quo idem maximus Antistes ad Petri sedem evectus fuerat insignitus; supremae optimi Principis voluntati grato animo et divinae sanctae Lanceae cultui (uti par erat) totis viribus est aggressus respondere, praefatum sacellum absolvit, picturis, marmoribus, nobilissimoque ex pario marmore albo egregie caelato tegmine, in quo Sanctissima cuspis asservabatur, ornavit. Inque sacelli, cui superne Ciborium imminebat, hanc in fronte lapideam incisam posuit inscriptionem; quae hodie muro est affixa sub fornice novi pavimenti ante aram Deiparae Virginis Praegnantium et vicinis servata sub Paulo V. Pont. Max. et est talis:

GENETR. DEI. MARIAE
A. GREGORIO III. P. M. ANTE
POSITVM. ET. DEDIC.
INNOCENTIVS. VIII. CIBO
GENVEN. P. M. LAVRENTIO
NEP. S. CAECILIAE. PRESB.
CARD. BENEVENTANO
A. FVND. RENOVAND.
SVPR. Q. FERRVM. QVO
PATVIT. LATVS. SALVATORIS
SANTIS. SVAE. MAIEST.
BYZANTIO. MISSVM
A. MAX. TVRCAR. AD
SERVAND. RELIQVIT
A. D. MCD. XCV.

EXE=

[illegible] TIVI. MVT

Hoc Ciborium, ut dictum est, à Laurentio Cardinale Beneventano Innocentij Octavi iussu exstructum totum marmoreum erat ex Bramantis Asdrubini à Castro Durante famosi Architecti inventione.

Inferiores Stilobatae coronatae insignia habebant eiusdem Laurentij Cardinalis.

Inferior coronatus columnellarum ordo in ambitu Altaris totus aeneus erat.

Parastatae et arcus Ciborium sustinentes pomorum sertis floribusque inauratis artificiose caelatae erant.

In senis arcuum triangulis intra rotas quatuor Evangelistae, et duo Ecclesiae doctores; nam alij duo doctores erant in ornatu sepulcri Innocentij Octavi, hodie sunt in ingressu sacrae Confessionis muro affixi. Capitula parastatarum, Epistilium, Corona auro pariter distincta.

Superior Columnellarum ordo coronatus totus marmoreus erat, in eius Stilobatis Innocentij Octavi Stemmata sculpta erant altus palmis .V. semis; Tabernaculum in fronte et à lateribus cingebat.

Tabernaculum, in quo Sacrum Lanceae ferrum servabatur totum pariter candido marmore factum cum suis columnis striatis, coniunctisque parastatis, marmoreo integro testudineo pinnaculo, coronicibus Corinthijs, alijsque ornamentis, ut sequens ostendit exemplum.

Fenestra Tabernaculi inaurato aeneo ostiolo longo palmis 3. cum 4°. lato palm. 1. unc. XI. claudebatur Lanceae signum habente cum his litteris. HIC. EST FER=

X.

FERRVM . QVO . XPI . LATVS . APER-
TVM . FVIT . In demolitione eius Ciborij sub
Paulo V. ostiolum ipsum inter fabrilia instrumenta re-
positum est; ibique hodie asservatur.
Ascendebatur Ciborium per scalam ligneam ex opposito altaris [illegible] duo.
In utroque latere Ciborij sive Tabernaculi, ubi sacrum Lanceæ ferrum
asservabatur, cernebantur portæ simulatæ binis ostiolis mar-
moreis inauratis lancea & spongia sculptis cum duobus angelis
hinc inde venerabundis decussatas manus habentibus; hodie in
aditu sacræ Confessionis in ornatum Polyandri muro hic affixæ.
Icon altaris lignea tota inaurata cum imagine Deiparæ
Virginis ulnis filium gestantis, ac Innocentij VIII genuflexi
supplicibus manibus ante illum, nudato capite, pluviali in-
duti, ac thiara humi posita.
Tota denique machina præstantissima erat magnis marmoribus
elegantissime fabrefacta, ut etiam hodie indicant parastatæ
longæ palm. plus minus XVIII, in quibus sunt artificiose cæ-
latæ, ~~galeæ~~ parmæ, bellica cum centauris marinis tho-
racibus, Clypeis, galeis, hominum capitibus in orbibus mir-
theis, faciebus Angelorum cum sertis florum, quæ sub fornice
novi pavimenti inter plura vetera [illegible] asser-
vantur.
In Zophoro Ciborij hæc legebantur.

B. MARIAE . VIRG . DEI GENITRICI
INNOCENTIVS . VIII . CIBO . GENVEN .
PONT . MAX . LAVRENTIO . CARD .
S . CAECILIAE . BENEVENTANO
A . FVNDAM . RENOVAND .
RELIQVIT

Sequens pagina 146.
demonstrat verum exem-
plum Ciborij Sacri ferri
Lanceæ, quæ aperuit la-
tus Dominicum in Cruce.

INNOCENTIVS · VIII · CIBO · GENVEN · P · M ·

¶ Anno domini 1499. Sacellum Lanceæ dotatur.

Dictum est supra folio 140 de ampla dote huius sacelli attributa à Laurentio Cardinale Beneuentano, superfluum hic repetere uidetur; satis indicant litteræ Alexandri Sexti memorati Pontificis erectionis eiusdem, in quibus & prædij extra portam Ostiensem, ac domorum in Vrbe, emptionum instrumenta ad uerbum inserta sunt.

¶ Anno Iubilei MD. Sacrum Lanceæ ferrum ex Ciborio Vultus Sancti, vbi à Sacro Cardinalium Collegio ex cubiculo Innocentij VIII. morientis Pontificis positum fuerat; defertur processionaliter in nouum Ciborium à Laurentio Cybo Card. extructum.

Ex Diarijs Cappellæ Pontificiæ Alexandri papæ sexti in Bibliotheca Vaticana asseruatis hæc habentur.

Anno Iubilei MD. Dominica, xij dicti mensis Ianuarij circa horam xxij finitis Vesperis in Basilica Principis Apostolorum, quibus interfuerunt Rmi dni Beneuentanus, & Sanctæ Praxedis; R. P. D. Andreas de Valle, Episcopus Cotronensis Canonicus dictæ Basilicæ, paratus pluuiali & mitra præcedente ipsum Clero eiusdem Basilicæ uz Clericis, Beneficiatis, Cantoribus & Canonicis processionaliter accessit de Choro ad Cappellam Veronicæ, quam ascendit, & de illius Ciborio accepit ferrum Lanceæ qua latus Saluatoris Nostri dicitur fuisse perforatum, quod ferrum tempore fel. rec. Innocentij Papæ Octaui fuit in Vrbe portatum, & in Ciborio prædicto contenebatur, & illud portauit processionaliter ad Ciborium supra altare Beatæ Mariæ Virginis sepulturæ pti Innocentij ex commissione eiusdem

Laurentius Cibo Cardinalis Beneuentanus, et Antoniottus Pallauicinus Card. S. Praxedis.

In=

Innocentij ad hoc ordinati. Super ambobus Ciborijs po=
sita, et accensa fuerunt omnia intorticia quæ ex ordine
ibidem poni potuerunt. Cantores dictæ Basilicæ præcedebant
processionem cantantes Pange lingua gloriosi; præcede=
bant immediate Episcopum duodecim Beneficiati dictæ
Basilicæ portantes xij intorticia ardentia; ipsum se=
quebantur dicti duo Cardinales, et eos Prælati, et
familiares eorum. Dum episcopus ascendisset dictum
Ciborium dedit benedictionem intervenientibus cum ferro
prædicto, recludit ipsum in Tabernaculum præparatum,
et recesserunt omnes.

Anno Domini MDVI.

Ostenditur Julio 2° sacra Missam in Bas. celebranti
ex Diario Paridis de Grassis in Bibliotheca Vatic.a fol.
204. his verbis. In fine Missæ vidit Lanceam Xpi qua=
si manens sub ampullis, deinde transversavit per
medium Eccl.æ, et ivit ad navem Vultus sancti, ubi
viso vultu ivit ad Logiam.

Anno Domini MDVII. ob nova Tem=pli structuram deiicitur Ciborium Lanceæ, quæ in Ciborium Vultus Sancti iterum transfertur.

Superiore anno MDVI. Sabbato in Albis XXVIII. Apri=
lis, ut latius folio 88 enarratum est, Julius Secun=
dus parastatam magnam, in qua hodie Sanctum
asservatur Sudarium et Lancea Domini, descendens
in profundissimum fundamentum primo lapide bene=
dicto posito, fundavit in Dei nomine. Sequenti an̄o
MDVII. alias duas parastatas, in quibus hodie et
Lymphatorum Columna, et Pauli Tertij sepulcrum est
fundavit; in quibus hanc sequentem inscriptionē
privatè tamen, nulloque ceremoniarum ordine adhi=
bito Hieronymus Archiepiscopus Tarentinus Papæ The=
sau=

Thesaurarius marmore incisam posuit die 16. Aprilis
MDVII. ut notat Demetrius Guasellus libro visi=
tationum Calesiani Basilicæ fol. 165. in Archivo Sancti
Petri. Hæc inscriptio errare fecit illos, qui illam pro me=
moria primarij lapidis typis mandaverunt, est autem
sic.

> Julius secundus Pontifex Maximus ædem Divo Petro di=
> catam vetustate collabentem in digniorem amplio=
> remque formam ut erigat fundam.ta iecit anno Christi MDVII.

Pro fundanda igitur magna parastata, ubi nunc
Pauli Tertij sepulcrum, ibique anno 1507 erat sacellū
cum Ciborio Lanceæ, ipso anno solo æquatur, et sa=
crum Lanceæ ferrum in Tabernaculum Sanctissimi
Vultus iterum relatum est, ut notat idem Deme=
trius Guasellus libro Instrumentorum pag.a 410. his
verbis. Die XXij mensis Novembris MDVII.
Indictione X. Pontificatus D.ni Julij div.a providentia
papæ Secundi anno 4°. Lancea D.ni Nostri Jesu Xpi ex
tabernaculo supra Cappellam Papæ Innocentij Octavi
portata fuit processionaliter cum ymnis et canticis
à R. D. Simone Ep.o Imolense et Canonico cum pluvia=
le deferen. in Tabernaculum Vultus Sancti, et illam
benedicendo populum, ut fit in ipso recondidit; quæ
ibidem ante obitum P. Innocentij per Collegium
Reverendissimorum Cardinalium è Camera papæ
dum graviter ægrotaret reposita fuerat. Constru=
cta mox Cappella et sepulcro peracto in dicti Ta=
bernaculum fuerat translata; nunc vero quia di=
ruere volunt dictum locum, ad tabernaculum Vul=
tus Sancti transfertur.

Simon Bonadies Romanus Ep.us Imolensis

Notandum est quod ubi Lancea ex Constantino=
poli à Principe Turcarum anno viij. Innocentij
Papæ

Papæ octaui in Vrbem missa extra portam populi è Narnia R.mo D.no Juliano Cardinale Sancti Petri ad Vincula deferente, & in manibus Summi Pontificis flexis genibus porrigente tota Curia processionaliter & Clero Romano obuiam proficiscente mane in festo Ascentionis uoluit Summus Pontifex, uoluit quod Canonici et Capitulum Sancti Petri iuxta se irent, & omnes alios præcederent; et sic factum fuit me Demetrio præsente & uidente. Canonici uero Sancti Joannis laterani noluerunt uenire, sed in Ecclesia S. Jacobi eundo ad populum steterunt expectantes sententiam Pontificis de eorum loco, qui respondit, uelle Capitulum Sancti Petri præferri omnibus alijs, et si nolunt uenire quod stent, et sic stat [illegible]. Similiter et pari modo alias fecerat Pius secundus in portando caput Sancti Andreæ Apostoli ex Peloponeso Narniam à Despota Moreæ aduectum, fieri uoluit, ut Capitulum Sancti Petri iuxta se processionaliter iret et omnibus alijs præferretur & sic fuit & est actum et fieri debet. Hæc Demetrius. —

Ciborium deinde primo translatum fuit in nauem Sanctissimi Sudarij remanentis ueteris partis Basilicæ; Non inseruiuit amplius ad sacrum Lanceæ ferrum continendum; sed in eo repositæ fuerunt Sanctorum Reliquiæ, quæ singulis annis feria 2.a Paschatis Resurrectionis ex ipso Ciborio frequentissimo populo ostendebantur, sicut etiam dicta die in nouo Templo solemniter ex alto meniano hactenus ostenduntur.

Anno 1606. ob nouam Templi structurā Pauli V. Pont. Max. iussu die 22 Januarij Dom.a Septuagesimæ hora noctis secunda ex dicto Ciborio Sanctorum Reliquiæ cives accensis delatæ fuerunt in sacrariū ac in Tabernaculo Reliquiarum repositæ, et ciboriū da=

tatum commentarijs demoliendum. Quia nocte hora 4.a magno sonitu fulgur è coelo lapsum Vaticanæ Testudinis fastigium ualde percussit, multisque ipsius aliquibus in locis denigrauit; à magna corona eius tholi rosam unam abstulit; In fornicibus Templi quas circuiuit quod tetigit denigrauit. Nocte ipsa Tyber inundauit ad [illegible] usque Rusticucianas non longe à foro Vaticano.

Lancea igitur Domini à die XXXI.a Maij 1492. quo primum ad Basilicam Vaticanam delata fuit mansit in Cubiculo Innocentij octaui Summi Pontificis in Palatio Apostolico Vaticano usque ad diem XVI. Julij 1492. mense uno. diebus XVI. Ex quo cubiculo, Pontifice ab humanis decedente, à Sacro Collegio Cardinalium in Ciborium Sanctissimi Sudarij Veronicæ delata fuit.

Ab anno 1492 usque ad annum 1500. dum nouum Ciborium Lanceæ construeretur, stetit in Tabernaculo Vultus Sanctissimi Veronicæ Saluatoris Nostri Annis Vij, mensibus. V. diebus XXVII.

Ab anno 1500 à die XI. Januarij usque ad annum 1507. 22. Nouembris stetit in nouo Ciborio annos Vij mensibus X. diebus X.

Nouo Ciborio ob Templi fabricam demolito ab anno 1507. ad 1606. ad diem XXV. Januarij Lancea Domini mansit in Tabernaculo Vultus Sancti annis LXXXXVIII. mensibus duobus, diebus tribus, præter menses V. dies nouē quibus mansit in Ciborio S. Andreæ anno 1598. Clemente octauo Ferrariæ degente ob renouationem aliquorum tignorum tecti.

In Sacrario Basilicæ, et in hoc libro narratur stetit Lancea cū Sanctiss.o Sudario et capite Sancti Andreæ Ap.li anno 1606. per mensem unū, dies XIII.

Hunc

Hunc tanquam duo luminaria magna Sudarium Veronicæ, & Lanceã simul recondita fidelis populus ueneratur, & supplex adorat in sacratissima Principis Apostolorum Basilica.

Ostentiones huius Sanctissimæ Reliquiæ factas in maioribus Solemnijs Summis Pontificibus notant libri rituales seu Diarij Cappellæ Pontificiæ apud Magistros cæremoniarum, in Bibliotheca Burghesia, atq. alibi, de quibus cum plene in S.^{mo} Sudario sit dictum hic consulto omittuntur.

Translationes è ueteri in nouũ Templum pariter supra reperies fol. 179. & 200.

Quicquid denique de Sudario dicitur ab anno 1492 circa, idem de Lancea dicitur [illegible] temporis communi [illegible]

De Festo Lanceæ & Clauorum Domini [illegible] [illegible] tomo 3° [illegible]

Lanceæ & clauorum Domini festum celeberrimũ apud Colonienses, ea enim die est festum Theophoriæ circa [illegible] totius ciuitatis. De inuentione Lanceæ Domini, & qualiter inuenta est. Vincentius in Speculo historiali lib. 26. Item Marianus Consentinus in Chronicis lib. 4. in Henrico III. & Vrbano. Platina in uita Paschalis 2.ⁱ Lanceam Dñi & spongiam uenditam scribit Platina in Gregorio Nono; de clauorum inuentione, tomo 3° annal. Baronij fol. 303 et 300. Sacra Dñi Lancea Antiochiæ primum inuenta est anno dñi MXCVIII. mox insigni miraculo diuinitus nobilitata. Nam Christiani in Sacro bello quod contra Saracenos gestum est, copijs suis Lanceam hanc recepilli loco

loco præferendam consueuerint, quæ res eis felicem belli exitum dedit, ut qui [illegible] infidelium ceciderint & præter alia opima spolia XV^m camelos hosti eripuerint; de quo Gulielmus Tyrius lib. 6. de bello sacro. Paulus Aemilius libro 4° de rebus gestis Francorum, & Dodechinus Mariani Scoti continuator in Chronico anni MC. quidam etiam Argentoratensis Iuris doctor in opere suo Chronico, cuius nomen non occurrit. Ex hoc tempore iam in uenerationem esse cœpit Lancea Domini apud Orientales, licet in Occidentali Imperio festũ Lanceæ & Clauorum ab Innocentio Sexto petente atq. instante Carolo Quarto Imperatore serius institutum fuerit circa annum Domini MCCCLIII. ut omnes fere historici consentiunt. Coloniensis tamen solemnis processio quæ isto die habetur multis annis ante, atq. [illegible] duobus sæculis doctis uiris antiquior esse ex antiquis monumentis et libris manuscriptis reperta est.

Festum Lanceæ et clauorum ab Innocentio sexto institutũ

Plura de festo Lanceæ & Clauorum Domini, alijsq. quibusdam festis ad memoriam Dominicæ passionis pertinentibus atque à passione Domini dependentibus.

Hoc festum reperio non tantum Coloniæ celeberrimũ sed etiam in ordine dnorũ Theutonicorũ XVIII. Aprilis, & Moguntiæ feria VI. post Octauam Paschæ, ut Kalendaria testificantur. Mater Ecclesia adeo sollicita est de inculcandis omnibus Dominicæ passionis partibus filijs suis, ut non satis habeat semel in genere die Parasceues hebdomadæ magnæ, & sanctæ, perpessionem Xpi populo proponere; sed etiam (cum ille dies omnibus Passionis membris et circumstantijs expendendis non sufficiat) eodem ~~[illegible]~~ redeat ac recurrat post Latius.

Re=

Resurrectionis festa, ne ingrata tanti tamque immensi beneficij obliviscatur. Quare hoc festum de armis & insignibus nobilissimi Jesu instituerim, etiam quinque vulnerum eius memoriam recolit. Omnia Caesarum, Imperatorum, Regum, Ducum, Comitum, Baronum, aliorumque nobilium insignia cum his comparata vilescunt et pro nihilo reputantur. Ad huius festi intelligentiam plurimum valent & faciunt quae suppeditavi ex scripturis & patribus in officio novo de lancea et clavis Domini. De clavis Domini Baronius tomo 3. annal. fol. 307 et 308. & ibidem de Crucis diffusa multiplicatione. De lancea Constantini in modum crucis fabris fabricata qua utebatur in praelijs divi transmissa ad posteros Imperatores contenta Baronius tomo 3o annal. fol. 209. Verum ut de antiquitate et origine huius festi aliquid adijciam ijs quae a me annotata et observata fuerint superius in explicatione officij festi, nonnulli docti et prudentes viri existimant praecipuum ordinatorem et institutorem huius festi in Germania fuisse R^mus quondam et doctissimum virum Sedis Apostolicae ad Germanos legatum dominum Nicolaum Cusanum multis eruditissimis libris editis clarum, et Cleri Coloniensis immo totius Germaniae reformatorem zelosissimum, et statutorum, in aliquot Collegijs et monasterijs correctorem, revisorem, visitatorem et moderatorem. Qui utpote Germanus ex terra Treverensi oriundus prope Mosellam (ut adhuc eius extantes ibidem insignes fundationes testificantur) de Germanis benemereri studuit. Neque modo hoc festum tamquam portionem et partem, vel quasi annexum et accessorium dependentiae quoddam Dominicae passionis particulares quaedam Ecclesiae celebrant, sed etiam Cistercienses, Bernardini

alijque

alijque nonnulli nobilissimum festum de Spinea Corona Domini, quod in Breviarijs et Missalibus Cisterciensium pulchre compositum ubique reperitur in honorem et memoriam Dominicae passionis observant. Quin & Missa de Sancta Cruce & haec de eadem ad genus dominicae passionis tamquam species & partes referentur. Adde septem dolores B. Mariae Virginis ad Christi passionem pertinere ex parte, sicuti septem gaudia ad laetam Resurrectionem referuntur. Nec abscedit a particulari observatione Passionis Domini sacrum diurnum de sudore Domini quod extat 2o tomo operum Joannis Ludovici Vivis simile de sudario Domini supra quoque suppeditatum. Extat quoque officium de facie Domini sive de Sancta Veronica antea in ferialibus Missis quoque commemoratum. Id servatur in Misnensi Ecclesia XV. Januarij Missa de quinque vulneribus Christi, cum hac missa de quinque armis et insignibus passionis Christi convenire videtur. Ad eandem specialem recordationem Passionis Dominicae spectare videntur officia vij missarum divi Gregorij pro aliqua existente in Purgatorio. Adde Missam de honore Sanctae Crucis ex Missale antiquissimo manuscripto Benedictino, & ex Missale Coloniensi. Adde festum Inventionis & exaltationis Sanctae Crucis, & festa commendationis & commemorationis B. Mariae Virginis. Optandum foret omnibus modis ut in die Theophoriae Coloniae, non modo Eucharistia, sed etiam insignia & arma Salvatoris Nostri publice honorifice in perpetuam memoriam tanti beneficij circumgestarentur. Et si Judaei levioribus de causis festa celebrabant, cur non nos graviori de causa ob memoriam incomparabilis et maximi beneficij passionis quod multas

Officium de Veronica

par=

quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eo, ut dolere solet in morte primogeniti. ℟. Deo gratias. ℟. In die illa erit fons patens domui David & habitantibus Jerusalem all. in ablutione peccatoris & menstruatae, all. all. ℣. Scatet sanguine in redemptionem, aqua vero in ablutione. Hymnus Vexilla, cujus sextus versus sit: Confixa clavis viscera, tendens manus vestigia, redemptionis gratia hic immolata est hostia. ℣. Foderunt manus meas all. ℟. Et pedes meos all. Ad magnificat. Lancea militis in latere Salvatoris ostium aperuit, per quod nos pia fide in terram ingressi, ejusque munitione circumsepti, turbines aestuantis saeculi, & tempestates vindicantis Dei perstantissime illaesi all. all. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus qui humano generi ad providendum salutis remedium Salvatorem nostrum clavis configi & lancea perforari fecisti; concede propitius nos mystice confixionis ejus in manibus pedibusque viva stigmata gerere, & vulnerum verbi tui cordium nostrorum intima penetrare. Per eundem &c.

Ad matutinum. Invitat. Alleluia Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras venite adoremus all. Hymnus Pange lingua. Unica antiph. primi noct. Videbit eum omnis caro, & qui eum pupugerunt all. all. Beatus vir, Quare fremuerunt, Domine quid multiplicati. ℣. Foderunt manus meas all. ℟. Et pedes meos alleluia.

Lect. I. noct. ex cap. 12. Zacharie ...

Et effundam super domum David & super habitantes Jerusalem spiritum gratiae & prophetiae, & aspicient ad me quem confixerunt &c. ℟. Dilectus meus candidus et rubicundus & totus desiderabilis, omnis enim figura ejus amorem spirat, & amorem provocat, caput inclinatum, manus expansae, latus apertum all.

℣. Revertere ad eum aversatrix Israel quid tepida es? Omnis enim. Lect. II. ex cap. 13. ejusdem.

In die illa erit fons patens domui David & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris & menstruatae, & erit in die illa dicit Dominus exercituum &c. ℟. Manus ejus tornatiles clavorum cuspide terebratae, all. nostrae justificationis praeparatis auxiliis tamquam hyacinthis refertae, all. all. ℣. Ecce in manibus suis descripsit nos sunt enim manus ejus nostrae salutis.

Lect. III. ex eodem cap.

Et dicetur ei, quid sunt plagae istae in medio manuum tuarum, & dicet his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me &c. ℟. Pro eo quod laboravit anima ejus, quod si corporis pondus sustinens all. Figam illum paxillum in loco fideli all. ut sustinendi nec virtutem fragilis amittat, nec beneficium mutabilis abrumpat all. all. ℣. Elevare anima mea atque a Christo suspendere. Est enim paxillus fidelis. Ut sustinendi. Gloria. In 2.° noct. ant. At si complantati fuerimus similitudini mortis ejus, simul & Resurrectionis erimus all. all. Domine Deus meus, Domine dominus noster, Exaudi Domine justitiam meam. ℣. Ingredere in petram all. ℟. Et abscondere in ea a facie Domini alleluia.

Lectio IV. ex serm. S. Bernardi Abb. 61. sup. cantic.

Columba mea in foraminibus petrae; alius hunc locum ita exposuit, foramina petrae, vulnera Christi interpretans. Recte omnino, nam petra Christus; bona foramina quae fidem astruunt Resurrectionis & Christi divinitatem, Dominus meus, inquit, et Deus meus. Unde hoc reportatum oraculum nisi ex foraminibus petrae? In his passer invenit sibi domum, & turtur nidum ubi reponat pullos suos. In his Columba se tutatur, et circumvolitantem intrepida intuetur accipitrem, et

Et ideo ait: Mea columba in foraminibus petræ.
Vox columbæ in petra exaltauit me. Et item: Sta=
tuit, inquit, supra petram gressus meos. Vir sapi=
ens ædificat domum suam supra petram, quod ibi
nec uentorum formidet iniurias, nec inundatione.
Quid non boni in petra? In petra exaltatus; in pe=
tra securus; in petra firmiter sto. Securus ab hoste,
fortis à casu; et hoc quoniam exaltatus à terrâ.
Anceps enim est, caducum et terrenum omne; cō=
uersatio nostra in cœlis ~~est~~ sit, & nec cadere, nec
deijci formidamus. In cœlis petra, in illa firmitas
atq securitas est. Petra refugium herinacijs. Et re
uera ubi tuta firmaq infirmis securitas et re=
quies, nisi in uulneribus Saluatoris? Tanto illic
securior habito, quanto ille potentior est ad salua=
dum. Fremit mundus, premit corpus, diabolus in=
sidiatur. Non cado, fundatus enim sum supra fir=
mam petram. Peccaui peccatum magnum, turba=
tur conscientia, sed non perturbabitur, quoniam
uulnerum Domini recordabor. Nempe uulneratus
est propter iniquitates nostras; Quid tam ad mor=
tem, quod non Xpi morte soluetur? Si ergo in
mentem uenit tam potens, tamq efficax medi=
camentum nulla iam possum morbi malignitate
terreri. ℟ De costa Adæ dormientis fabricata est
Eua all. Quoniam in latere Xpi morientis sanctifi=
cata est Eccl.a all. ℣ Vere uxor tua in lateribus
domus tuæ. Columba tua in foraminibus petræ.
Quia in latere. Lectio V.

Et ideo liquet errasse illum qui ait: Maior est
iniquitas mea, quam ut ueniam merear. Nisi,
quod erat de membris Xpi, nec pertinebat ad eū
de Xpi merito ut suum præsumeret, suum di=
ce=

diceret quod illius est, et tamquam rem capitis
membrum. Ego uero fidenter quod ex me mihi deest,
usurpo mihi ex uisceribus Domini, quoniam mise=
ricordia affluant. Foderunt manus meas et pedes
meos, latusq lancea forauerunt, & per has rimas
licet mihi sugere mel de petra, oleumq de saxo du=
rissimo; idest gustare & uidere quoniam suauis
est Dominus. Cogitabat cogitationes pacis, & ego nescie=
bam. Quis enim cognouit sensum Domini; aut quis
consiliarius eius fuit? At clauus reserans, clauus
penetrans factus est mihi ut uideam uoluntatem
Domini. Quid ni uideam per foramen? clamat
clauus, clamat uulnus, quod uere Deus sit in Xpo
mundum reconcilians sibi. Ferrum pertransijt animā
eius, et appropinquauit cor illius, ut iam non sciat com=
pati infirmitatibus meis. Patet arcanum cordis per forami=
na corporis; patet magnum illud pietatis sacramentū;
patent uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisita=
uit nos Oriens ex alto. Quid ni uiscera per uulne=
ra pateant. ℟ Contrectatis Thomas clauorum Xpi
figuris fidem Resurrectionis eius accepit all. Beatus igi=
tur qui ex fide uulnerum Domini eum redamant
diem indeserit all. all. all. ℣ Quid enim dile=
ctionem nostram erga Xpum maiore pietate dicit
potiore iure exigit, ampliore sinu excipit, arctiore
uinculo stringit, quam tanta charitas qua dilexit
nos? Beatus igitur qui. Lect. VI. ex eodem.

In quo clarius quàm in uulneribus tuis eluxisset
quod Dne suauis & mitis et multæ misericordiæ?
Maiorem enim miserationem nemo habet, quam
ut animam suam ponat quis pro addictis morti
et damnatis. Meum proinde meritum miseratio Dni.
Non plane sum meriti inops, quamdiu ille miserationū
non

non fecerit. Quod si misericordiae Dni multae, mul=
tus nihilominus ego in meritis sum. Quid enim
si multorum mihi conscius sim delictorum, nempe
ubi abundavit delictum superabundavit et gratia
Et si Dni misericordias ab aeterno et usq in aeternu
cantabo, numquid iustitias meas Dne memorabor iu=
stitiae tuae solius. Ipsa enim est et mea. Nempe factus es
mihi tu iustitia a Deo. Numquid mihi verendum ne
non una ambobus sufficiat? Non est pallium breve,
quod secundum prophetam non potest operire duos.
Iustitia tua, iustitia in aeternum. Quid longius aeter=
nitate? Et te pariter et me operiet, largiter lar=
ga et aeterna iustitia. Et in me quidem operit
multitudinem peccatorum; In te autem Dne quid
nisi pietatis thesauros, divitias bonitatis? Haec in
foraminibus petrae reposita mihi. Quam magna
multitudo dulcedinis tuae, in illis operta quidem, sed
in his quae pereunt. Ut quid enim sanctum detur
canibus, vel margaritae porcis? nobis autem revela=
vit Deus per spiritum suum, etiam et apertis fora=
minibus introduxit in sancta, quanta in his mul=
titudo dulcedinis, plenitudo gratiae, perfectioq virtutu.
R. Confige continentiae clavis carnes meas all. Trans=
verbera charitatis tuae sagittis viscera mea all. V.
Christo confixus sum Cruci, ut vivam ego iam non
ego vivat vero in me Xpus. Transverbera. Glo=
ria Transverbera. Lect. VII. secundu Joannem.
In illo tempore sciens Jesus, quia iam omnia con=
summata sunt, ut consumaretur scriptura dixit.
Sitio & Reliqua. Homelia S. Ambrosii Episcopi
de obitu Theodosii
Quaesivit Helena clavos, quibus crucifixus est Do=
minus et invenit; de uno clavo fraenos fieri
prae=

Hic desi-
cere vi-
dentur
antiphonae
ex praecedenti
[illegible]

praecepit; de altero diadema intexuit; unum
ad decorem, alterum ad devotionem convertit &c.
R. In die illa erit. Ut supra in primis Vesperis.
Lectio VIII. consequenter ex Ambrosio
de laude [illegible]
Bonus itaq clavus Romani Imperatoris, qui to=
tum regit orbem ac vestit Principum frontem,
ut sint praedicatores, qui persecutores esse con=
sueverunt. Recte in capite clavus, ut ubi sensus
est, ibi praesidium. In vertice Corona, in manibus
habena. Corona de Cruce, ut fides luceat. Habe=
na quoq de Cruce, ut potestas regat, sitq iusta mo=
deratio, non iniusta praeceptio. Habeant hoc etiā
Principes Xpi sibi liberalitate concessum, ut ad imi=
tationem Dni dicatur de Imperatore Romano.
Posuisti in capite Coronam de lapide pretioso &c.
R. Mortuus in Cruce Dominus ut testa sitis aruit
all. Mortuus ut petra in stagnum conversa, vivos
vitalium aquarum nobis abundanter profu=
dit all. V. Ipse sitivit ut sitienti populo potum
praeberet; ipse aruit ut aridam gentium irriguam
faceret. Mortuus ut petra. Lectio Nona
Sed quaero quare sanctum super fraenum,
nisi ut Imperatorum insolentiam refrenaret, comprime=
ret licentiam Tyrannorum, qui quasi equi in libidines ad=
hinnirent, quod liceret illis adulteria impune committere,
quae Neronum, quae Caligularum; ceterorumq probra compe=
rimus, quibus non sanctum fuerat fraenum. Quid ergo egit aliud
Helena operatio, ut fraena dirigeret, nisi ut omnibus Imperatoribus
sancto dicere spiritu videretur: Nolite fieri sicut equus
et mulus; sed in fraeno & chamo maxillas eorum con=
stringeret, qui se nō agnoscerent Reges ut regerent sibi
subditos; prona enim potestas in vitium ferebatur et more
pe=

* hic deficere videtur Responsorium.

peccatorum vaga se libidine polluebant * all. all.
℟. Filij tui de longe venient & filiæ tuæ de latere surgent. Ut fons. Gloria. Ut fons.

Ad laudes antiph.

Ecce quomodo in honore exiere triumphi instra supplicij all.
Clavus Sisaræ tempora perforat, cum fides Crucis opi ignorantiæ Principatum de nobis exterminat all.
Clavus frænum equi sanctum reddit, cum timor iudicij divini carnis indomitæ insolentiæ frænum inijcit all.
Benedicite Dno omnes virtutes eius, qui arma hæc passionis, quibus ipse dignanter succubuit in nræ victoriæ præsidia potenter convertit all.
Hastæ fulgurantis splendore diabolus egreditur, cum divini verbi acumine cor impij salubriter perforat all.
℣. Cap. ut in Vesp. ℟. Apprehende arma & scutum all.
* ℟. Et exurge in adiutorium all. ℣. hymn. Lustris sex.
℣. Ad benedictus. Dominus noster quinque vulneribus tamquam quinque lapidibus pretiosis de torrente huius passionis suæ, Resurrectionis virtute collectis insultantis inimici superbiam superavit all. all. ℣. Ad tertiam Cap. sicut in Vesp. & laud. Resp. breve. Foderunt manus meas all. all. ℣. Ad sextam hymn. Vexilla. Cap. Quid sunt plagæ in medio manuum tuarum, et dicet his plagatus sum in domo eorum qui diligebant me. ℣. Deo grãs. ℣. Resp. breve. Ingredere in petrã all. all. ℣. et abscondere in ea à facie Dñi all. all. Gloria. Ingredere. ℣. Confige timore tuo carnes meas all. ℟. à Judicijs enim tuis timui all. ℣. Ad nonam hymn. Cap. Framea suscitare super pastorem meum et super virum cohærentem mihi ait Dñs Oipotens. Deo grãs ℟. breve. Confige timore tuo carnes meas all. all. ℣. à Judicijs enim tuis timui all. all. Gloria. Confige. ℣. Apprehende arma et scutum all. ℟. Et exurge in adiutoriũ mihi all.

In

In secundis vesperis Antiph. de laudibus ℟. Quis mihi det, hymnus Vexilla & Foderunt. Ad Magnificat Aperto ostio lateris tui Dñe Jesu Xpe cordis tui, cogitationes antiquas fideles nobis appropinquare fecisti, multiplicem magnificentiam tuam & secundum cor tuum operare in nobis magnalia salutis nræ all. all.

¶ De lancea & clavis Domini orationes. Ex dicto libro impresso de illustratione & expositione missalis & Breviarij fol. 232.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut qui salutaria nostræ devotionis insignia annua devotione celebriter veneramur, Redemptoris nostri vestigijs inhærere, Resurrectionis ipsius mereamur esse consortes. Qui tecum &

Deus, qui pro salute Mundi passus es de corde filij tui aquam & sanguinem per lanceam militis emanare, ut ab operibus mortuis nostras conscientias emundares: quæsumus, ut qui eiusdem clavos & lanceã hodie veneramur, de peccatis omnibus veniam consequi mereamur.

Deus, qui pro salute mundi passus es de corde tuo aquã et sanguinem per lanceam militis emanare: concede propitius ut sanctissimi corporis tui veneranda perfossio, peccatorum nrorum sit plena remissio.

Deus, qui in dextro latere tui sacri corporis per lanceã militis sanguinem tuum in pretium, & aquam in lavacrum effecisti: concede propitius, ut qui armorum militiæ tuæ festa recolimus, ab oĩ hoste ipsorum munimine protegamur.

Omnipotens sempiterne Deus, qui asperitatem diræ lanceæ et clavorum ex apertione tui sacri corporis in nræ redemptionis convertisti dulcore: concede propitius, ut sicut ex pretiosis sacris vulneribus nobis undã baptismatis & poculũ tui sacri sanguinis tribuisti; sic eiusdem meritis ad æternæ redemptionis gaudia nos facias pervenire.

Ex

¶ Ex historia Jacobi Bosij de triumphanti Cruce in Vaticana Bibliotheca asseruata typis cusa, hæc solum excipere placuit de Lancea Saluatoris Nostri; cetera qui scire cupit legat ipsum Bosium de mirabilibus gestis, victorijs obtentis, miraculis, & alijs notatu dignis Sacratissimi ipsius ferri Lanceæ.

¶ Post passionem Domini Lancea sepelitur à Judæis.

Ex Jacobo Bosio. Sepulta fuerat Lancea sacratissima, quæ latus Domini Nostri aperuit una cum ceteris Passionis eius instrumentis, ut hebreorum mos erat sepeliendi iuxta damnatorum cadauera.

Andreas Jerosolymitanus Episcopus Cretensis in Sermone de exaltatione Crucis cap. V. Postquam enim post mortem in Cruce susceptam uitæ, & mortis Dominus post tres dies reuixit Inuidia, & Aemulatione percussi Judæi, et timore affecti, ne quid ex rebus illis sacrosanctis, quæ fuerant in illa ueneranda & beata passione seruatum, Judæis quidem ulciscendi esset Instrumentum; custodiendi autem eos qui crederent in Christum, ea defoderunt in intimis terræ finibus illic deponentes in primis pretiosum thesaurum, Crucem inquam, & omnia quæ ad Crucem pertinent, nempe clauos & lanceam, & quem in Cruce Pilatus scripsit & affixit Titulum.

¶ Lancea à Sancta Helena Augusta reperitur. In Porticu Templi sancti Sepulcri Domini custodiebatur tempore Bedæ.

Ex Jacobo Bosio fol. 117. Reperta postea hæc eadem Lancea Sacratissima à gloriosa Helena Magni Constantini Imperatoris matre; cum Sanctam Crucem Ti=

Titulum & clauos inuenisset, ut superius diximus. Et in peruetusto libello cuius titulus est; De locis sanctis à uenerabili Beda in compendium redactis, legitur Lanceam hanc Jerosolymis in Porticu Templi Sanctissimi Sepulcri Cruce quadam lignea inclusam adorari solitam.

¶ Antiochiæ miraculose reperitur in Ecclesia sancti Petri anno MXCVIII.

Ex eodem fol. 118. Deinde uero post longam annorum seriem hæc ipsa lancea sacratissima Antiochiæ per miraculum reperta est, currente nostræ salutis anno MXCVIII. ex uerbis Guilielmi episcopi Tyrensis lib. 6. de bello sacro à dicto Bosio adductis. Quorum uerborum summa ex dicta historia Tyrensis episcopi sumpta à peruetusto codice in membranis manu scripto nº. 2002 lib. 6. pag. 56. Vaticanæ Bibliothecæ talis est. Reperta est autem per miraculum in Ecclesia S. Petri Antiochiæ diuinitus reuelata cuidam Petro Clerico Prouinciali; admonitus in somnis à dicto Andrea Apostolo, qua uisione Episcopo Podiensi & Comiti Tholosano patefacta sacrum ferrum, ut sibi diuinitus fuerat reuelatum, inuenerunt. In capite igitur VI. libri incipien. Cum ergo sic affligeretur Dei populus &c. Infra habentur hæc uerba. Hi autem reliquis Principibus uerbum secretius communicantes eundem Clericum presentem constituunt, ut ab eodem modum & formam uisionis acciperent. Quibus uerbis fidem habentes ad locum quem eis infra septa prædictæ Ecclesiæ designauerat conueniunt. Vbi effossa terra in altum aliquatenus Lanceam sicut prædixerat reperierunt. Quod audiens populus tamquam immissa de supernis consolatione ad Ecclesiam cucurrit unanimis, & donis & muneribus tam pretiosum multo hono=

Reperta est Lancea anno 1098 in ciuitate Antiochena dum illa ciuitas arctissima obsidione oppugnaretur à Corbagat siue Corbana Persarum Regis copiarum duce contra Gotifredi Bulionis ceterorumque Principum Christianorum exercitum.

honore praeuenientes inuentum, coeperunt quodammodo à tantis anxietatibus respirare. Fuerunt alij nonnulli qui se dicebant uisiones Angelorum et Sanctorum Apostolorum uidisse, quibus quasi inuicem consonantibus fides habebatur amplius, et populus à sua deiectione resurgebat in immensum.

De ciuitate Antiochena defertur Constantinopolim.

Ex Jacobo Bosio fol. 119 et 120. Delata deinde est eadem Lancea sacratissima ad Constantinopolitani Imperatoris manus, qui ferri eius ~~ae~~ aciem lima sectam Francorum Regi dono dedit, ut quidam memoriae prodiere, & inter eos Gulielmus Caorsinus in Commentarijs suis &c.

acies ferri lanceae lima secta Regi Francorum donatur a Byzantij Imperatore

Constantinopoli in Ecc.a S. Joannis de Petra asseruabatur.

Paulo post ex eodem. Residuum postea eiusdem ferri sacratissimi in Ecc.a S. Joannis de Petra Constantinopolitanae ciuitatis magna ueneratione asseruatum est. ¶ Narrat Joannes BurKardus in Diario supra citato quod tempore Innocentij Octaui uiuebant multi Romae commorantes, qui Lanceam ipsam Constantinopoli uiderant.

Byzantio capto Lancea in Turcae erario reponitur.

Ex eodem. Urbs ipsa Constantinopolis Christianorum peccatis sic exigentibus in Mahumetis Turcarum Imperatoris potestatem deuenit Salutis nostrae, anno MCCCCLIII. Tunc enim sacrum et pretiosum pignus una cum Spongia, arundine, ac dextera Sancti Joannis Baptistae manu, quae mundi Redemptori Baptismum tribuere meruit,

quaeque

quaeque in eadem Ecclesia custodiebatur in uictoris Tyranni potestatem redactum est. Nam cum idem Mahumetes non ignoraret quanta gaza, quanta rerum eximiarum copia, quamque lauta et eleganti supellectile eiusdem Imperatoriae ciuitatis sacrae aedes essent refertae; publico praeconis edicto poenam exactissime non ~~poenam~~ parentibus interminatus, iussit omnes Ecclesiarum Reliquias et ornamenta una cum Imperatoris thesauro sibi intacta inuiolabiliter reseruari. Quamobrem omnes confestim Sanctorum Reliquiae, omnes gemmae, aurum, argentum, omnisque pretiosus Ecclesiarum ornatus una cum tota supellectile aureis, argenteisque uasis ac gemmis in Imperatoris thesauro repertis uictori Tyranno allata sunt, ac inter ea praecipue Sacratissimum Lanceae ferrum, cum ceteris Sanctis quas recensuimus reliquijs, quae in Magni Turcae erario diligenter postmodum asseruatae sunt; donec uita perfunctus est idem superbissimus Tyrannus, qui Dei iustissimi occulto iudicio duo maxima Imperia, duodecim Regna, et innumerabiles pene ciuitates (o memoriam proh dolor profusis lacrymis deplorandam) Christianis per summum scelus eripuit.

A Baisethe Turcarum Tyranno Sacrum Lanceae ferrum è Constantinopoli Romam mittitur ad Innocentium Octauum Pontificem Maximum anno MCCCCXCII.

Illi (memorato scilicet Mahumeti) duo filij masculi superstites fuerunt Baiazeth scilicet & Jem, quem nostri Zizimum appellauere, qui de paterni Imperij successione atque diuisione disceptarunt et belligerarunt. Zizimus deuictus Regnoque pulsus Rhodum ad ~~magnum~~ Magnum Jerosolymitanae Mili-

tiae

Militiæ Magistrum confugit. Baiazeth uero rerum potitus, ut Serenissimi ac magnanimi Principis fratris Petri de Aubusson magni Magistri gratiam iniret, atq. ab ipso fratrem suum Zizimum diligenter cu=stodiri impetraret, ne in patriam reuersus nouas res moliretur, dono ei transmisit uenerabilem diui Joannis Baptistæ dexteram, quæ ad hanc usque diem à Sacra & Illustriss. Religione atq. militia S. Joannis Jerosolymitani summa ueneratione in Insula Melitæ asseruatur.

Fr. Fratris Petri de Aubusson Rhodi Ma=gni Magistri, qui ab Innocentio octavo Diaconus Cardinalis Sancti Hadriani creatus fuit, opera consilio et gratia Baia=zethes sacratissimum Lanceæ ferrum Byzan=tio Romam misit per oratorem ad id mu=neris [illegible] delegatum.

Verum eiusdem deinde Magistri opera, consi=lio, & gratia Baiazethes sacratissimum etiam Lanceæ ferrum Innocentio Papæ Octauo dono transmisit, oratore ad eundem Pontificem ad mu=nus id præcipue deferendum delegato, atq. Romam à Priore Aluerniæ fratre Guidone de Blanchefort eiusdem Magni Magistri nepote deducto.

Ex [illegible]

Anno 1492. die ultima Maij festo Ascensionis Domini notat idem Jacobus Bosius ex Diarijs Lælij Petronij, Pauli de Magistris, & Stephani Infessuræ fol. 76 et 77. quod sacrum ferrum Lanceæ fuit rece=ptum dicta die à Summo Pontifice & toto Clero in tabernaculo pulcherrimo chrystallino cum pede, et alijs ornamentis puri auri, & fuit res magnæ æsti=mationis, & cuspis eius apud Regem Franciæ, prout

prout ipse Magnus Turca indicauit Papæ per suum Oratorem. Et infra [illegible]

Fuit idem ferrum sacratissimum ab eodem Ponti=fice in suum ipsius cubiculum ad tempus asser=uandum delatum. Infra [illegible]

Erat in animo Pontifici summo illud ferrum in eo=dem Cubiculo asseruare, dum maturius determina=ret, quo illud loco honorificentius collocaret; etenim agitabat animo sumptuosissimum Sacellum in ipsa Diui Petri Basilica construendum curare, ubi summa ueneratione atq. splendore, ut tanti tamq. pretiosi pignoris dignitas postulabat, perpetuo deinceps asser=uaretur. Infra ex eodem

At uero, ut sæpe contingit, quod proponente homine, ac disponente Deo cogitationes & consilia nostra ex=pectationi plenumq. non respondeant; non multis transa=ctis post diebus Pontifex aduersa & suprema ualetudi=ne decubuit, qua demum ex humanis excessit.

[illegible] post ex eodem Bosio

Statim enim ut compertum est infirmitate eius obi=tum indicari, Sacrum Collegium Cardinalium idem Lanceæ ferrum in Sancti Petri Basilicam magna ueneratione ac reuerentia detulit, atq. in Ciborio iuxta portam Sanctam tunc existente inclu=dendum curauit. Et infra [illegible]

Atque de eiusdem Lanceæ translatione ab In=nocentij Papæ octaui cubiculo in Sancti Petri Basilicam à Cardinalium Collegio eo tempore fa=cta in ijsdem, quæ supra retulimus Diarijs, præ=cipue quoq. his uerbis habetur mentio [illegible] Die Lunæ decima sexta mentis Julij MCCCCXCIJ. Sanctissimam ferrum, quod fuit Dominus Noster posuit [illegible] Cardinales et Collegium de Camera dicti Pon=

Lælij Pe=tronij, Pau=li de magi=stris, et Ste=phani in Fessura Dia=rij fol. 76 et 77.

Pontificis in Ecclesiam Sancti Petri portaverunt, et loco ubi inclusum est Sudarium una cum dicto Sudario collocarent; Et factum fuit in Ecclesia Canonicorum [illegible] Ecclesiae. Haec Jacobus Bosius.

Patet manifeste Sacrum Cardinalium Collegium a Summo Pontifice Innocentio octavo graviter aegrotante in Vaticano S. Petri Palatio supradicta die XVj Julij 1492 accersitum fuisse, ut more maiorum [illegible] fecerat Nicolaus Quintus, Pius secundus, Hadrianus Sextus, Paulus IIII et meo tempore Gregorius Decimus quartus. Cum viam universae carnis se ingredi agnosceret venerabiles fratres suos in cubiculum convenientes ante lectum suum gemebunda corona astantes supremis verbis alloqueretur, illis inter alia Romanam Catholicam Ecclesiam, et successoris festinam electionem commendans; [illegible] ferrum Lanceae apud se ut dixi asservatum in Vaticanam Basilicam deferendum tradidit; [illegible] Laurentio Cardinali nepoti mandavit Sacellum cum Ciborio ad tantum thesaurum excipiendum ut extrui aedificaret optimeque dotaret. His actis post decem sequentes dies Julij XXVI animam bonis operibus foecundam Domino commendavit.

De Nicolao Quinto in extremo vitae lecto cubante Jannottus Manettus Florentinorum ad eundem Pontificem Legatus longam refert orationem seu testamentum quod coram S. R. E. Cardinalibus [illegible] [illegible] causa in conspectum suum generose admodum ac magnanimiter [illegible] [illegible] quam moreretur divinitus habuit, cuius initium est: Dum finem vocationis nostrae, horam dilecti fratres iam iam plane apertaeque adventare cognovimus, pro maiori [illegible] Romanae Ecclesiae auctoritate ac pro [illegible] sedis Apostolicae dignitate grave quoddam et amplum testamentum non litteris mandari, non tabulis velidum, non membranis transcriptum, sed nunc vivae vocis oraculo coram venerationibus vestris dumtaxat expressum facere constituimus. Quocirca audire quaesumus, audite inquam quaesumus: Nicolaum enim Quintum adhuc Summum Pontificem in extremo pene mortis articulo constitutum de condendo suo testamento &c. quae prolixa oratione sequuntur. Paulus Quartus sermonem habuit ad Cardinales, cuius initium. Viam universae carnis ingredimur diutius viximus quam sperare potuissemus &c. Post habitum sermonem aliquos Cardinales flentes videns, subiunxit. Nolite flere fratres, potens enim est Deus suscitare de lapidibus istis filios Abrahae. In caeremoniale Cardinalis Rothomagensis quem edidit Episcopus Senogalliensis ligatum in caeremoniale Gregorij Decimi Bibliothecae Vaticanae; In fine habetur quae facere debet Summus Pontifex in mortis articulo. Debet antequam loquelam amittat convocare Cardinales, et in eorum praesentia condere testamentum, eligere sepulturam; protestari mori in unitate fidei Catholicae, pro qua paratus est mori; et alia dicere ut in ipso ceremoniale continetur; commendare illis Ecclesiam, bonam ac festinam successoris electionem, et dare illis benedictionem.

Jannottus Manettus in Bibl. Vatic.a de vita Nicolai V. n.o 2046 fol. 42.

II Miracula duo praeclarissima de sacro ferro Lanceae ex Guillelmo Tyrii Episcopo [illegible] [illegible] Jacobo Bosio.

III Lancea in praelio commisso inter Regem Persarum, [illegible] [illegible] Christianos [illegible] [illegible] reportatur.

Anno MXCVIIJ. dum Antiochena civitas arctissima obsidione oppugnaretur à Corbana Persarum Regis Duce contra Gottifredi Bulionis ceterorumque Principum Christianorum exercitum utrimque magnum commissum est prœlium. Triduano ieiunio indicto ac piissime expleto, sacraque Confessione peccatis expiatis, divina Eucharistia refecti & communiti Urbe Antiochena explicatis vexillis egrediuntur. Podiensi Episcopo et Apostolico Legato Lanceam reverenter manibus deferente. tantaque animi alacritate atque virtute inimicum exercitum adorti sunt, ut prœlio commisso fregerint et fugarint; barbaris supra centena millia ut scriptor quidam prodiere desideratis. In quorum castris adeo ingens divitiarum copia inventa est, ut pretiosis opimisque spoliis omnes onusti, Antiochiam sunt reversi.

Per miraculum ignis Sacerdote cum ferro Lanceae per magnum flammarum rogum illaeso transeunte veritas ipsius Lanceae Antiochiae divinitus repertae, et ab aliquibus incredulis impugnatae manifestatur, ex Guilielmo Tyri Episcopo de bello sacro lib. VII. cap. 18.

Narrat Tyrensis Episcopus aliud insigne miraculum, quod huius Lanceae sacratissimae occasione Dominus operare dignatus est. Nam postquam Antiochiae reperta fuerat, et post adeptam à nostris eam quam superius recensuimus victoriam, cum inter Principes ac proceres illos Christiani exercitus magna æmulatio & invidia coorta esset, ac penitus serperet; quidam familiaris et Cappellanus Normannorum Comitis, Arnulphus nomine vir litteratus quidem, sed quem morum per=

[illegible] ac disseminanda [illegible] scandala excogitabat astutias, crebris in populum atque exercitum divulgare coepit sermonibus Lanceae ferrum illud in Divi Petri Antiochena Basilica repertum, re vera non illius ferrum Lanceae illius sacratissimae extitisse, quae Dominicum Salvatoris latus in Cruce aperuit, [illegible] asserens commentum quodam Tholosani Comitis extitisse, [illegible] quaestus gratia, cum presbyter ille qui inventionis huius auctor fuerat, ipsius Comitis familiaris esset. Qui quidem sermones magni tumultus atque altercationis excitandae seminarium extitere. Quare cunctus exercitus et populus in duas factiones divisus magnis disceptationibus implicabantur; altera ex duabus partibus constantissime affirmante ac defendente illam vere Christi Lanceam esse, divino Spiritu revelatam ac pro illius afflicti populi solatio repertam; altera vero contra, commentitiam fabulam et callidi Tholosani Comitis consilium id extitisse pertinaciter contendente. Quamobrem optimus ille sacerdos, qui eiusdem Lanceae inveniendae auctor fuerat incredibili animi moerore angebatur ac discruciabatur; sancte affirmans et iureiurando in animam suam sese devincens, nullam in eo negotio fraudem aut dolum intervenisse; sed pura veritate revelatione divina Lanceam eandem pro Christiani populi subsidio sibi commonstratam atque ut sincerae veritatis illius incredulis fidem astrueret, ignem se ingressurum pollicebatur. Die igitur Veneris Passionis Dominicae memoriae sacro, ingenti lignorum strue eo iubente coacervata et igne

ignem succensa, cuius horribiles flammas prospice=
ret ipsis intuentibus terrorem incuterent, tum
bonus ille Sacerdos, qui Presbyter Petrus Bartho=
lomei de Massilia appellabatur, accepta in ma=
nibus Lancea (uniuerso circumstante populo atq
exercitu, qui sic tremendum illud flammae iudi=
cium ac probationem conspiceret, incredibili aui=
ditate et curiositate eo confluxerant) postquam
genuflexus aliquamdiu oraret signo Crucis
se muniens, animose atq intrepide ingens
et horribile incendium illud ingressus est. Ex
quo saluus et incolumis exiuit. Verum Plebs ingenti
illo miraculo obstupescens, admiratione ac religione
perculsa tanta auiditate eum tangendi ac ma=
nus ipsius deosculandi, in illum indiscrete irruit,
ut oppressus ac totus contusus paucis inde
exactis diebus diem suum clauserit extre=
mum.

In Sequenti pagina 163. ostendi=
tur uerum exemplum et schema
Sanctissimi ferri Lanceae, qua Sal=
uatoris Nostri latus in Cruce ef=
fossum est.

Hoc exemplum oculata fide sumptum fuisse
affirmo labente anno MDXCVIII. à Sacratissi=
mo originali Lanceae ferro eiusq manubrio char=
ta alba diligenter immissa in uas chrystallinu
forficulis incisa et aptata mensurae et formae ip=
sius sacrae lanceae ab uno ex Canonicis memo=
ratae Vaticanae Basilicae, hora noctis secunda
ualuis clausis, Thoma Caputo caeremoniarum
ma=

Magistro; mansionarijs et me tunc sacrista prae=
sentibus. Excauatum habet manubrium ad re=
cipiendum hastae figendum. chartam albam prae=
dictam habuit Franciscus Villamena calchographus
qua plura exempla typis cusa edidit.
Anno MDCXVIII. XIII. Aprilis die sancto Parasce=
ues adhibui diligentiam apud Canonicos, qui Re=
liquias memoratas diebus eius sanctae hebdoma=
dis ostendebant an uere ita esset sacra Lan=
cea subiecto huic typo et schemati similis; esseq
prorsus affirmarunt.
In uisitatione Apostolica cuius supra memini
fol. 74. piae memoriae Clemens Octauus ascen=
dit Ciborium Sanctissimi Sudarij, et manibus
deuote ac reuerenter contrectauit sacrum ipsum
Lanceae ferrum, et ex ore ipsius summi Pontificis
audiui haec uerba multa sui admiratione; Adhuc
cruentum est. Mirati sunt Cardinales etiam
qui cum sua Sanctitate suggestum ascenderant.
Sub die tertia mensis Julij anno MDXCij. Car=
dinales autem fuerunt Hieronymus Rusticucius
Fanensis Papae Vicarius, Alexander Medices Cardi=
nalis Florentinus postea Leo undecimus; Augusti=
nus Valerius Cardinalis Veronensis, et Marianus
Perbenedictus Cardinalis de Camerino; operarij
autem Ludouicus Torres Archiepiscopus Montis
Regalis, Caesar de Noves Archiepiscopus Parentinus
absens, et Audoenus Ludouicus Anglus Epis=
copus Cassanensis cum Francisco Toledo insi=
gni uerbi Dei concionatore Societatis Jesu Theo=
logo Sanctitatis suae, alijq insignes et docti
uiri.

Verum exemplum & schema sacro=
sancti ferri Lanceæ, quæ latus domini=
cum aperuit in Cruce.

II. Sub Gregorio XIII. anno 1585. et sub Paulo Quinto anno 1615. sacrum Lanceæ ferrum, et sacrosanctum Sudarium Veronicæ Japoniorum Regum Legatis ostenduntur.

Omitto ostensiones factas sanctarum ipsarum Reliquiarum orthodoxis principibus per tot temporum curricula, et proximo elapso sæculo Carolo octavo Regi Francorum, Carolo V. Augusto, et Magno Aetruriæ Duci Cosmo; referre hic tantum visum est, qualiter hic cœlestis thesaurus ostensus sit Japoniorum ~~Leg~~ Regum Legatis ab extremis terræ Romam adventantibus, qui anno MDLXXXV. die vigesimatertia Martij in Aula Regia Vaticana in amplissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium consessu iuvenes nobilissimi Mancius nomine Francisci Regis Bungi eodem sanguine coniunctus & nepos Regis Fiungæ; atque Michael pro Prothasio Rege Ariminense eiusdem Michaelis patruelis fratre; necnon pro Bartholomeo Omuræ Principe Ariminensis Regis ac Michaelis eiusdem patruo, Gregorium Decimumtertium Pontificem Maximum in verum Jesu Christi Vicarium Patrem & dominum oratorio nomine salutaverunt et adoraverunt. Cum his duo lectissimi iuvenes Japonij præcipuæ nobilitatis eiusdem Legationis comites erant; alter Martinus; alter Julianus; qui ab ipso Gregorio, & Sixto successore ipso anno honorificentissime tractati, antequam Roma abirent Sanctissimum Jesu Christi Sudarium in Veronicæ velo divinitus impressum, et Lanceam quæ eiusdem pro nobis miserrimis pec=

peccatoribus in Cruce exanimi à milite confossum fuit diuinum illud et sanctissimum preciosissimi pectoris latus, unde sanguis et aqua mirabiliter emanarent; in genua procumbentes humiliter ac deuote proni adorauerunt; sibi à Canonicis de more ostensa.

Anno MDCXV. die XXIX. Octobris

Biennij itinere exacto Philippus Franciscus Faxicura eques Japonius cum R. P. fratre Ludouico Sotelo ordinis minorum obseruantiae Sancti Francisci Legatus Idatis Massamuni Regis Voxu cum sexdecim alijs suae Legationis familiaribus per portam Sancti Petri ingressus ad Araecoeli coenobium insigni pompa deductus est; Ac die tertia Nouembris Sanctissimi Domini Nostri PAVLI QVINTI Pontificis Maximi sacros pedes humiliter osculatus Legationem suam solemniter Apostolico Cardinalium circumsedente senatu, et Sanctissimo Domino Nostro in Throno suae Maiestatis sedente in Palatio Vaticano exposuit. Qui splendidissime et regijs conuiuijs per tres fere menses exceptus atque Pontificiae familiae seruitio egregie tractatus; admiranda Urbis loca lustrans, Sanctorumque Reliquias et praecipua Urbana Templa ueneratus; antequam Roma Japonicum remotissimum Regnum cum suis familiaribus discederet Sudarium et Lanceam prae sibi pariter ostensa cum multa deuotione et pectoris contusione flexis genibus adorauit. Huius Philippi Francisci Faxicurae, atque fratris Ludouici Soteli eiusque Legationis Japoniorum sociorum et familiarium uultus cernuntur ad uiuum expres-

expressi in Aula Regia Palatij Apostolici Montis Quirinalis.

Haec igitur duo luminaria magna Vrbem pariter et Orbem illustrantia omne genu humiliter adoret; omnisque lingua confiteatur, quod uere in omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terrae splendor eorum.

LAVS DEO

Romae apud Ecclesiam Deiparae Virginis ad Portam Flaminiam via Pauliana die Sabbati XXV. Julij millesimo sexcentesimo vigesimo, Sancto Jacobo Apostolo maiori patrono Sanctissimo sacra, Pauli Quinti Pontificis Maximi anno sextodecimo.

Feliciter.

Deus propitius esto mihi peccatori. Jacobo Grimaldo huius libri auctori.

Breuis declaratio aliquarum monetarum antiquarum ex Archiuo Vaticanae Basilicae, et celeberrimae Vaticanae Bibliothecae, alijsque autenticis scriptis collecta per Jacobum Grimaldum olim eius Basilicae Archiuistam, de quibus latius habetur in speciali libro ab eodem edito anno Dñi MDCXX. hic solum appositus est valor monetarum; alia vero in dicto libro habentur:

Libra prouenientiu senatus ualoris erat scutorum duorum et ƀ 44.
Libra prouisinorum ualoris erat bol 15.
Solidus Argenteus ualoris erat bol 12 $\frac{1}{2}$.
Solidus prouisinorum ualoris erat quadrati iiij.
Solidus aureus erat ducatus aureus hodiernus
Florenus aureus ualoris erat ∇ 1 · 50 m.te
Florenus Romanus ualoris erat ƀ 35.
Massamutinus valet scutu unu m.te
Bizantius scuti unu m.te
Marabottinus aureus Julioru xiiii · ƀ 3.
De Tarenis aureis et argenteis ut in d.o libro.
Grossus argenteus ualet Juliu unu ƀ 4.
Marobitinus ualet Julios xiiii · ƀ 3.
De Malguirientibus, ut in dicto libro.
Obolus aureus ∇ 1 · 50 m.te
Massatratius aureus ualet scutu unu
Milequinus, siue Malachinus ualet Julios noue ƀ 8.
Bisuntinus ualet scutandeo ƀ 3.
Marobitinus aureus ∇ 1 · 43.
Marobitinus argenteus ƀ 6.

De

De Romanatis et denarijs Papiensibus ut in dicto libro.
De solidis aureis signatis marzais [illegible].
De libris argenti et de uncijs argenti, ut in dicto libro habetur
Libra Turonensis valet Julios XXIJ 8 2½
Marcha Sterlingorum Julios XXVIII.
De marchis aureis et argenteis, ut in dicto libro satis dixi.
Denarius Turonensis sol. 12
De Jubileis aureis à Nicolao V. cusis ualoris [illegible] aureorum
De Ducatis aureis, ut latius in dicto libro.

Est etiam in libro Demetrij Quatelli Instrumentorum fol. 409. in Archivio Basilice sancti petri.

Hec [illegible] breuiter sunt cum liber omnia contineat, et presertim quandam cedulam ualoris monete [illegible] tempore Innocentij VI. [illegible] Camerarij Romane Ecclesie qui postea Honorius [illegible] dictus est in Vatic. Bibliotheca habetur, que quidem cedula talis est.

Florenus Camere debitus ualet decem solidos denariorum [illegible] Turpitiorum antiquorum.
Grossus [illegible] XIJ den. Turo.
Libra auri LXXXXVII florenis
Marca auri L[illegible] florenis
Vncia auri in auro VIIJ florenis
Vncia auri in argento V florenis
Marca auri ualet duas partes libre auri
Marca arg. ualet duas partes libre argenti.

L[illegible]

Libra argenti LXXV grossos
Marca argenti ex conuentione antiqua in Anglia iiij flor.
Marca argenti in alijs partibus, quantum ualet communiter tempore solutionis.
Libra argenti puri, uel duas marchas arg. VIIJ florenis.
Libra argenti de Anglia iiij grossi, et Rom. Curia VIJ florenis, X grossis, medium grossi.
Libra argenti de Aragonia, Thuscia, Sardinia, et huiusmodi VII florenis mediu florenis.
Vncia arg. VIJ grossis mediu grossi.
Marobitius argenti I. florenus, minus XIJ Denar. Tur.
Duodecim Malgueriences I. gross.
Obolus aureus unum florenu
Massamutinus auri duas partes unius floreni
Solidi cnominati in Tellur. de [illegible] in alijs partibus comunj.
Duodecim denar. Soisnonum I. Malachinu
Duodecim denar. Pictauienses I. malachinus.
Malachinus VIII grossos
Bisuntinus XIIII grossos mediu grossi.
Tullen. VIII sol. IIII den. ualent I. florenu
Mantesin. X sol. ualent unum florenu
Mantesin. 9 sol. et V denar. ualent I. florenu
Frigiconum 12 denar. ualent unu grossi antiquu et mediu
Tarenus ualet ut infra sequitur.
Carlenus 16
Libr. X
Marabitius auri ualet XXIIIJ marabitinos argenti siue I. florenu minus XIJ denar.
In Regno Siciliae citra Fari maxime, uncia est LX carlenorum liliatorum.
Tarenus est duorum carlenorum.
Carlenus ualet X grana.
Granum ualet VJ denar.

Alia

Alias vero pecunias, ut Floreni, et huiusmodi sunt ad huius pecunias æstimare.

Corona seu salma grani est iiij. bumulorum.

Item in Regno Castellæ et Legionis sunt uitales monetæ uidelicet. Coronati ualens V. obolorum, Solidi VIII. obolorum denarij 81. Singuena obolorum et Marabitius X. denar. et sex Coronati ualent unum Marabitium, et XXV. Marabitij ualent florenum, et XXXIIIj. Marabitij ualent duplam Maroquitanam, et XXXIj Marabitij ualent Seilianum ueterem Panalhon, Mutonem, uel Cathedram. Atque XXXIIIj. Marabitij ualent duplam Castellanam, et XXV. Marabitij ualent Agnum. Atque XXVIII. Marabitij ualent Regalem. Necnon et XXX. duple ualent duplam magnam et latam Sarracenorum.

Est sciendum quod Marcha grossorum argenti Bohemiæ ualet communiter XXXXVIII. grossos Pragenses, uel XXIIII. Scotos.

Item in qualibet Marcha sunt iiij. Fertones.

Item sex Scoti ualent unum Fertonem.

Item unus Scotus ualet duos grossos Pragenses.

Marca in Bohemia est Scotorum n.o XXIIII.

Item sciendum quod Marcha prædicta habet Lothones sexdecim.

Item Lotho ualet unum scutum et medium uel tres grossos quod idem est.

Item quodlibet Ferto habet iiij. Lothones.

Supradicta cedula fuit data Apostolicæ Cameræ per dominum Joannem de Cabrospino decretorum doctorem Apostolicæ Sedis

Nun=

nuncium ad partes Poloniæ et Hungariæ per felicis recordationis Innocentium papam sextum destinatum.

De Solidis aureis habetur instrumentum uenditionis fundi Domicilij territorio Fauentino in corticibus arborum exaratum in formam rotuli factæ Montano notario Sacri Vestearij sexies post Consulatum Paulini Junioris uiri clarissimi Rauennæ die tertia Nonarum Januariarum Indictione iij; qui fuit annus salutis Christianæ Quadringentesimus nonagesimus nonus, pretio XXXX solidorum aureorum dominicorum pensantium. Quod antiquissimum instrumentum difficillimis caracteribus exaratum fideliter transcripsi, atque à tenebris ad lucem perduxi anno 1617. ut uidere est in Bibliotheca Pontificia Vaticana; quod exemplum in præsenti libro ualoris monetarum ad uerbum fideliter descripsi, cum ad Christi Sudarium minime spectet, licet memoria singulare) consulto hic omittitur.

Sequens pagina demonstrat ueram et fidelem plantam antiquae Vaticanae Basilicae cum adiacentibus Templis, oratorijs, sacellis, Atrio, et alijs membris scitam accurrate à Tiberio Alpharano Hieracense eius Basilicae Clerico Beneficiato anno Dni 1589.

Haec planta hic ponitur, ut uideatur manifeste locus, in quo erant Ciborium Sanctissimi Sudarij, & etiam Ciborium Lanceae, et alia loca de quibus forsan agitur in pnti libro. Fuit fideliter facta à dicto Tiberio relatu quondam Jacobi Herculani Romani, qui ueterem Sancti Petri Basilicam antequam Julius secundus deturbaret descripserat, optime uiderat, et multa notatu digna obseruarat; anno 1548. 5. Aplis p obitum Antonij Massarotij Epi Ferentini in Beneficiatum assumitur. Anno 1558. die 25. Augusti à Paulo IIII. per obitum Dominici de Nigris Canonicus creatus est; obijt senex & plenus dierum anno 1573. cuius Canonicatum obtinuit 19. Julij Ludouicus Blanchettus Bononiensis Patritius, Praefectus cubiculi Gregorij XIII. Fuit Herculanus Vicarius ad curam animarum in dicta Basilica, et Pauli IIII. Eleemosynarius integerrimae uitae et sanctae conuersationis. Inscius et nihil de se tale cogitans, ut mihi pluries idem Tiberius narrauit, ad Sancti Petri Canonicatum assumptus est. Mortuo Dominico de Nigris Canonicatus in contentione erat apud nepotes Pontificis, Carolus Card. Carafa alteri, Dux Palliani alteri

Summo Pontifici Paulo proponebant. Paulus eorũ
uoluntatibus non inclinans die quadam accer=
siri ad se iubet Jacobum Herculanũ Sancti
Petri parochum; pergit statim ad Summum
Pontificem in Palatio Vaticano, cui ante se genu=
flexo dixit; creamus te Canonicum Sancti
Petri; ille stupefactus respondit; Beatissime Pa=
ter dignus non sum. Cui subiunxit Papa: No=
li resistere Spiritui Sancto; uade & expedias
Apostolicas litteras. Fuit etiam Altarista, et
magnæ ut dixi probitatis uir, qui in transitu
uitæ suæ Mortuorum sequentiam ante se
recitari uoluit, et supplices ad cœlum manus
tendens signa fidelissima et humillima erga
Deum ostendendo, efflauit animam in domo
suæ habitationis in atrio antiquæ Basilicæ.

PAVLI . QVINTI . PONT . MAX .
Anno sextodecimo, Die vigesima tertia mensis Augusti

Anno domini Millesimo sexcentesimo vigesimo, die dominico XI. post pentecosten Ego Jacobus Grimaldus Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ humilis clericus olim Archiuista eius Basilicæ, publicus notarius in Archiuo Romanæ Curiæ descriptus hunc librum foliorũ CLXXJ scripturarum à me scriptum propria manu, editum, atque compositum, pariter subscripsi manu mea et signum mei notariatus apposui. Quo die in Palatio Montis Quirinalis S.mus D. N. Paulus diuina prouidentia papa Quintus elegit atque creauit Illustrissimum Principem & Reuerendissimum dnũm dnũm Scipionem tituli Sancti Chrisogoni Presbyterum Cardinalem Burghesium nepotem suum Archipresbyterum dictæ Vaticanæ Basilicæ, totius Cleri Vaticani ingenti gaudio & lætitia; quem dignissimum et optimum Superiorem nobis Deus, Opt. Max. pro sua benignitate felicem diu seruet & sospitet.

Ego Jacobus Grimaldus manu propria subscripsi, scripsi, et signaui.

GRIMALDVS
I. G.

172

III

Iacobi
GRIMALDI
De Veronica
&c.

173.